II
138077
Incunabel

E-S

34 C.



109.
hist. Stat:

34. E.

34. C.

AD ILLVSTRISSIMVM AC MODERATISSIMVM PRINCIPEM LVDOVICVM SPHOR. VICECOMITEM BARI DVCEM FRANCISCI PVTEOLANI POETAE PARMENSIS ORATIO IN COMMENTARIOS RERVM AB DIVO FRANCISCO SPHORTIA GESTARVM.

SOleo mecū ſubinde mirari tuam Ludouice Sphortia prīceps candidiſſime ſummā omnibuſq; numeris perfectā ſapientiā eaq; cogitatione ſic fruor: ut incredibilē uoluptatē fructūq; inde percipiā: cum te uideo eodē animi tenore ſemp tibi conſtitiſſe: ut neq; premens fortuna unquam abiecerit: neq; īdulgens reddiderit ferociorem: ueræ ſolidæq; uirtutis officium. Qua in re quibuſdā magnis uiris iure uenis anteponendus: Nam & Ciceronē & metellum indigniſſima exilia perpeſſos: hunc Apuleii ſaturnini: illum Clodii furore: aliquāto fractiore animo extitiſſe, quā illoꝝ grauitas poſtulabat, memoriæ proditū eſt: &. C. mariū in utraq; fortuna ut nimiū merito reprehenſum conſtat: de quo non falſo dici & cōmemorari ſolet: ubi fœlix nemo fœlicior: ubi miſer nemo miſerior: Te autē uultu mutato nemo adhuc uidere potuit: & oēs fortunæ ictus cōtinentem: & omnia blandimēta diſſimulantē: Magna illa laus: nō minor hec quod tāto ſtudio parentis tui inuictiſſimi Franciſci Sphortiæ nunq; ſine præfatione regis regum nominādi: Memoriā tam auide renouas: & ad illius exemplar te effingis: oēs illius mores: omnia dicta factaq; uſurpans: ut te ex patre: patrem ex te quilibet poſſit agnoſcere: nam cū officio maximo præſis: Audiendo: Cognoſcendo: Iure dicundo: Moderando: Inſtruendo: Ornando: reguli noſtri nepotis tui: qua dii īmortales indole: regno dies impendis: Atq; hoc ex parētis præſcripto: noctē partiris: partē ſomnus uindicat: Reliqua cōmentarios rerū geſtarū illius lectitas, recenſes in manibus, & ſinu habes: in hac quoque parte Alexandro macedoni quē quieſcentē ſubiectā ſemper capiti habuiſſe Iliada memorant non multū diſſimilis: Sed minor illius quā tua fœlicitas Tu. n. ad capeſſendā uirtutē nullo Achille ad conſequendā īmortalitatem nullis externis exemplis: ſed domeſticis & paternis imaginibus excitaris: Diuus Iulius Alexādri emulatione promouebaꝰ: Alcibiades periclis. Tu meliorem ducē: melioꝝ auctoꝝ delegiſti parentē: a quo utriuſq; temporis & belli & pacis officiū edoceri poſſis: Fuit. n. ingerendo bello pater & ī omni bellica & īperatoria laude: cū Pyrrho: Annibale: Cyro: Alexandro: Fabiis papiriis marcellis camillis Scipionibus deniq; cū Cæſaribus conferendus. In toga uero & pace Traiano & Antonīnis haud inferior: huic enim uni natura. oēs & animi & corporis dotes & quidē tantas quantæ nemini obtigerūt tribuit: ut quicquid legimus in omnibus uſq; optandum id in patre tuo cumulatū eſſe recognoſcamus: Sed tibi illius īmortalitatis aſſertori quid magis enixe elaborandū fuit ſimul & ad tuā & illius memoriā propagandā & totius urbis utilitatē quā ut ii libri tuis auſpiciis emendatiſſimi edanꝰ publicenturq;: Primū. n. ex hoc: omnes intelligent te adhærere ueſtigiis ſapiētiſſimi & moderatiſſimi principis: tum legentes conoſcent quale prudentiſſimi patris de te iudicium fuerit: quā ſpem iam: tum adoleſcentulus de tuis uirtutibus dederis: nam cum in ſuſcipienda aduerſus īmaniſſimas turcarum gentes expeditione poſcente pio pontifice ducem unū e liberis ſuis potiſſimum te delegiſſe legerint: cui ſigna illa ſua auſpicatiſſima: cui tantā belli molē tuto cōmitteret: aperte iudicabunt quid de te ſenſerit: & qualē futurū ducem opinatus fuerit: Nun tibi mauis illud optimi regis eſtimatoris iudiciū: quā ingentia auri & argenti pondera: omitto quæ alias de te di

II 13807 Incunabel

xerit:Sæpe.n.signanter & aperte reliquos umbras te unũ uirũ futurũ mul tis coniecturis ostẽdit:Quod aũt ad eum attinet nihil:si ullus mortuis sen sus est impresentiaꝝ illi gratius facere potuisti quã hæc illius acta per om nes populos nationes longe lateꝙ diffundere:nã & si eiusmodi sit illius cõ dicio: ut nullius laude crescat nullius uituperatione minuatur: paucis ta men seculis eius fama erat interitura:nisi litterarũ adminiculo propagata fuisset:neꝙ illos ego sapientes puto:qui maluerunt tabulis & imaginibus posteritatem suã cõmendare:quæ ut alicuius sunt temporis monumenta: ita facile corrumpi possunt & multis iniuriis sunt obnoxia:en quotus quiſ qꝫ reperietur:qui se uidisse affirmet Alexandri qui in ea re studiosissimus fuit imaginem aut penicello in tabula expressam:aut cælo elaboratã uel de niqꝫ auro argento ære conflatã:cum apelles lysippus & pyrgoteles diuersiſ sima laude inter sese pares præstantissimũ regem pluriſariã ueluti spiran tem effinxerint:Agesilaus ille sparciata prudentior qui imaginem suã neqꝫ fingi neqꝫ pingi aut fundi unquã uoluit:unus.n.xenophõtis socratici libel lus in eo laudando omnia istiusmodi lenocinia superauit.Pallas illa attica ex ebore a phydia tanta arte concinata:Iupiter olympicus: Venus illa cuius caput & sumã humeroꝝ decennio apelles pinxit: Mausoleũ templum dia næ ephesiæ:Pyramides quodã tempore:sed admodũ breui admirationi mi raculoꝫ fuerũt:quoꝝ sensum nullũ nunc haberemus si e medio sublatæ litteræ essent:una fidelis rerum gestarũ memoria:Caius Iulius Cæsar i no stris exemplis utamur insecutiqꝫ eum principes theatris Amphiteatris por ticibus basilicis stadiis gymnasiis thermis colossis satis superqꝫ posteritati suæ consuluisse iudicabatur:si tamen omnes funditus interissent:nisi diser tissimorum uirorum ingenia ab temporum & obliuionis iniuria eos uindi cassent. An inficiabitur quispiam plus debere uespasianum tranquilli & ta citi libellis in conseruanda memoria.quã amphiteatro quod maximũ ere xerat:Traianum excudere multi:pinxere multi :expressor tamen & diutur nior illius imago fuit una plynii secundi oratione quam delere uis unquã nulla poterit:cum interim ueterum statuariorum pictorumqꝫ nulla aut ad modum pauca opera supersint:quæ cum ita sint : fateamur sapientissime princeps ad parentis tui post hominum memoriam maximi ac de te optime meriti famam extendendam optimam te iniisse rationẽ:An forte uereamur in tanta librorum copia quantam nostra ætas propẽsissimo quodam deo rum imortalium dono uidit hos cõmentarios in obscuro futuros: Ego ue ro affirmo nihil aut nos æquioribus animis accepturos autposteritatem stu diosius lecturam amplexuramqꝫ:Neqꝫ enim hæc legentes:prodigia:poetarũ fabulas:uetularum deliramenta:ægrotantium somnia qualia apud plærosqꝫ priscorum & præcipue græcorum cernuntur legere se arbitrabunt: Sed in iis recensendis quisqꝫ sibi credet:cum adhuc recens fama sit & plærique superstint eorum qui uidere:quorum testimonium omnem adulationis aſ sentationisqꝫ extinguet opinionem:At tu Constantissime princeps ut nunc patenti optimo cumulatissime gratiam rettulisti:ita perge bene mereri de omnibus:publicam omnium causam suscipe:in tanta rerum temporumqꝫ uarietate in primis nepotulum:cuius ætas tuæ fidei cõmissa est mox totam italiam foue:ea meditare excogita para:quæ esse:& in filio diui Francisci Sphor.debeant:& tantarũ rerũ digna susceptione uideantur.

Vale Decus publicum mea unica spes.



IOHANNIS SIMONETAE IN COMMENTARIOS RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE MEDIOLANENSIVM DVCIS PRAEFACIO.

LEgenti mihi nonnunq̃ Princeps Illustrissime & dũ ꝑ otiũ liceret apud reꝝ scriptores antiquoꝝ regũ & ducũ res gestas diligẽtius cõsyderãti ea nõ nulloꝝ uera profecto uidet sentẽtia: nõ sẽper antiquitati posteritatẽ iure cõcedere nec antiquiores recẽtioribus uirtutis præstãtia rerũq; gestarũ gloria semper ãtecellere. Eius aũt rei argumẽtũ & exẽplũ ne longius repetamus: abũde nobis suppeditat Frãciscus Sphortia auus tuus Quartus Mediolanẽsiũ dux ĩuictissimus singulare sæculi nostri decus & ornamẽtũ: quippe quẽ nemo uel æquus diligẽsq; rerũ æstimator negauerit ĩ omni ꝓpe uirtutis laude & rerũ præclar̃ gestaꝝ gloria facile cũ omni antiqtate certare. Quẽ nã aut uidimus: aut legimus: aut audiuimus corporis pulcherrime cõpacti decore apta mẽbroꝝ liniamẽtorũq; conueniẽtia uiriũ firmitate oris dignitate uultusq; maiestate huic cõparãdũ: Quẽ deinceps ĩgenii acumine & bonitate mẽtis cõsilio animi magnitudĩe humanitate gratia affabilitate liberalitate clæmẽtia & pietate huic anteponẽdũ: Quẽ postremo rei militaris sciẽtia auctoritate laboꝝ tolerãtia ærumnaꝝ ꝓpessione ĩuicta semꝑ fortitudine cõstãtia singulari ꝓspiciẽtia celeritate cõficiẽdi reꝝ nõ tam fortuna quã ꝓpria uirtute gestaꝝ magnitudine gloria felicitate usque adeo excelluisse reperiemus. Nempe aut rarissimos aut nullũ potius ĩuenies ĩ quẽ tot corporis animiq; dotes & bona cõfluxerint. Nec.n. sũt uiri huius laudes & egregia facinora aut nobiliũ pœtaꝝ figmẽtis aut eloquẽtisimoꝝ oratorũ litteris: quod maioribus illis sæpe obtigit: uel cõficta licẽtius uel amplificata copiosius uel exculta sublimius. hæc siquidẽ omnia ĩpsi aspeximus: ac uidimus. uidit: & nouit omnis Italia. uiderũt: & expti sũt maximi reges & potẽtissimi externiq; populi: hæc deniq; cognouit uniuersus ꝓpe terrarũ Orbis: quæ sane talia & tãta sũt ut omniũ superata ĩuidia cõpellãt̃ cũcti ea ueluti maxima ꝓpeq; diuina & admirari & obstupescere & prædicare. Verum qa nulla in humanis tãta res ẽ: quæ aliquãdo uetustate nõ corruat: & a memoria hominũ nõ excidat: nisi litteraꝝ maxime beneficio inmortalitati cõmẽdet̃: illius ego res gestas post obitum ꝓaui tui Sphor. pauloq; altius ꝓ rerũ cognitiõe repetẽs carptim scribere: & quo breuius liceat: recẽsere ĩstitui ab anno incipiẽs quarto & uigesimo usq; in quartũ & quadragesimũ supra millesimũ & quadringentesimum christiani natalis: quo ãno accersitus ad eũ me cõtuli. Inde.n. usq; in ultimũ uitæ diẽ ab eodem gesta & copiosius & aptius explicabo: qđ eis præsens semꝑ corãq; affui. Sed cũ inter ipsius Francisci aui tui sũmi imꝑatoris & diuini principis res magnifice gestas ꝑs non minima sit bellũ: qđ sublato ex humãnis Philippo Maria materno proauo tuo in hac nostra cisalpina gallia fortiter gessit: feliciterq; ꝑfecit: du ad ipsius Philippi imperiũ qđ a multis tũ petebat̃: ille unus iure meritoq; aspiraret: & priã regnũq; ipsum ab hostiũ faucibus ac tyrãnide eriperet: ac liberaret. Hoc ipm inq̃ bellũ & re maximũ & memoria dignissimũ: cui dũ gereret̃: assidue interfui: paulo diligẽtius scribere operæꝑciũ duxi. Eqdẽ oĩa in cõmẽtarios & eo ordine quo gerebãt̃ in dies: singula celeri stilo deprompsi si minus elegãter minusq; ornate at uera & incorrupta fide. Nihil.n. a me scriptũ ẽ. qđ uel nõ ipe uiderim: & cõtẽplatus fuerim: uel a locupletissimis testibus auctoribusq; uel ẽt ab ipso Frãcisco dũ ille de se modestissime loquẽs aliquãdo ꝑteritoꝝ temporꝝ pericula resq; ꝑ oẽm fortunã non tã ab se q̃ ab aliis gestas recẽseret: acceperi. qđ aliis haud quaq̃ ɔtigit: siq fortassis reperiãt̃ earũdẽ reꝝ scriptores ẽt eruditiores. Hos aũt reꝝ ab auo tuo gestaꝝ cõmẽtarios nemo uenit in mẽtẽ: ad q̃ potius inscribere quã ad te Iohannes

Galeati Maria Sphortia mediolanēsiū dux præstātissime ut ad uex & legi timū auiti paterniq regni impii & glorie succesſoré. Tui ergo nobiliſimi ī genii fuerit:ut cum p ætaté licuerit:iauitis rebus táto cū ſplédore ac felici tate geſtis táquá ī ſpeculo quodá teipſū īſpicias operáq des: ut qđ pulcher rime cœpiſti:omnia quæ uel cogites:uel dicas:uel agas:ea ꝓſequaris laude: ut hoc tale tātūq īperiū nō tá iure hæreditatis quá pulcherrimis tuis ſplen didiſſimiſq uirtutibus adeptus ab omnibus iudiceris : qđ tú maxime fece ris:ſi deū optimū maximū ante oculos ſemp habueris.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHOR TIAE MEDIOLANENSIVM DVCIS LIBER PRIMVS.

REgnante Iohanna ſecūda Karuli regis filia quæ Ladiſlao fra tri ſine liberis e uita migráti ī neapolitanū regnū ſucceſſerat Alphōſus Taraconēſiū rex magna claſſe e citeriore hiſpania mouēs:Corſitanis rebus ex itinere temptatis: ī Siciliá ſuæ di cionis īnſulá adnauigauit. Illius aduētus mox uaria animoq ſtudia diuerſa cōſilia ac nō paruos ī eo regno motus cōcita uit.Iohāna.n.multis ꝓbris īpudiciſq amoribus addicta:ut regiū munus re rumq pōdus mulierē haud facile tueri poſſe cognouit : Iacobū Narbonēſē Martiæ comitē cōiugio ſibi deuinxit:cū ſáguinis nobilitate corporiſq for ma & dignitate: tū uirtutis fama inter Galliaq principes īſignem. Sed ubi eū nō tá uiri quá Regis partes agere:ſeq negligere uidit:inſtabilitate fœmi nea paulo poſt repudiatū omni adminiſtratiōe abdicauit.Quo factū eſt:ut opulētiſſimū regnū ad diſſenſiones atq diſcordias natura ꝓnū:reginæ mo ribus & flagitiis ad id maxime accidētibus: in uetera factionū ſtudia delap ſum:magis atq magis cœperit fluctuare. Nōnullis mulieris dominatio mi nime diſplicebat:qđ nomē illa retineret:rebus aút ipſi potirētur. Alii con tra Ludouicū tertiū Andegauiēſiū ducē.Ludouici quē Appuliæ regē nucu pabāt:& lolātis ex regia Taraconenſiū familia filiū adoptadū cenſebāt . Is .n.nō multo ante & Martini pōtificis maximi & Sphortiæ attenduli Frāciſ ci de quo ſcripturi ſumus patris fortiſſimi ea tempeſtate ducis hortatu claſe nō exigua ad Cāpaniæ littora cū appuliſſet: Sphortia ſibi adiūcto:bel lum Reginæ inferre cœperat.In tātis cōcertātiū diſſenſionibus iis q ne Lu douicus adoptaretur:repugnabāt:optimū factu uiſum eſt: Alphonſum Re ginæ filiū declarari:Quo Neapoli Rex adeſſet:q terra mariq potens repri mendis Gallor uiribus opponereť.Itaq in ea principū ꝓceq contentiōe Alphōſus ab Iohāna regni ſocius hæreſq accerſitus:tāta acceſſione nō illu ſtrior ſolū:ſed & plærisq formidabilis uiſus eſt:Gottholanūq nomen:qđ eo uſque in Italia maritimis ptērq populis:ſi haud omnino obſcur:at cer te paq celebre inuiſumque extiterat:increbreſcere illico cœpit:claq fieri Cæteq Alphonſus & Iohāna quottidie a Ludouico & Sphortia adeo præme bantur:tātuſq eorū mentes terror occupauerat:ut ſuis diffiſi uiribus : ad Braciū peruſinū alterum eo tpreducem in Italia inſignem mitterent.initō āni eius q fuit uigeſimus primus a Natali Chriſtiano ſupra quadringente ſimum ad milleſimum rogatum auxilium:multis condicionibus ꝓpoſitis: inter quas illa ꝑcipua fuit:qđ Vrbem Capuá nobiliſſimá ſe eius poteſtati libere traditurōs polliceret.Quibus allectus cōdicionibus Bracius : Capua etiá cū arcibus mox in poteſtatem accepta:magnis cōtractis copiis:per Picē tes Pelignoſq Neapolim ad ferendā Alphonſo Reginæq opem maturauit Eius aduentu res Ludouici ꝓpter pecuniæ inopiá ita ſenſim labi:& Alphō ſi ſuperiores eſſe cœperūt:ut Ludouicus relicto in Campania aduerſus tan tas uires Sphortia:Romá adMartinū pōtificem cōfugere coactus ſit:Sed pon

tifice lõgo bello nõ minus pecunia exhausto inanis ad eũ Ludouici profecto fuit. Itaq; nõ multo post cum data esset Sphortiæ libera a Pontifice & Ludouico potestas: ut suæ ac suorum urbiumq; earum quæ suo tenerẽt præsidio: saluti cõsuleret: factum ẽ Bracii ẽt ipsius opera: ut Sphortia a regina & Alphõso a q̃bus sæpe magnis pollicitationibus ĩuitatus fuerat: benigne & magno honere præsertim a regina exceptus sit: Nam si unum sibi iunxissent: cæteros in eo regno cõtumaces ꝓpediem imperata facturos esse nõ dubitabant: futurumque ut ipsi regnum ubique pacatissimum possiderent: Donat̃ ob id Sphortia ab Regina Vrbe Manfredonia in Appulis nõ ignobili. Inuaserat autem iam tum suspitio reginæ & Iohannis carazoli animum nõ mediocris: ne Alphõsus regni cupiditate ductus Iohãnẽ aliquãdo morte afficeret: & Reginam custodiẽdã traderet. Erat. n. Iohannes ipse quẽ magnũ regni Senescallũ appellabãt: Reginæ q̃dẽ carissimus: q̃ppe quẽ in deliciis haberet: Admisso igit̃ ad ĩtimũ colloq̃um Sphortia: quẽ omniũ sibi fidissimũ defẽsorẽ parar̃ instituerãt: causã cõcepti de Alphõso timoris apiũt rogãt ut Reginæ tutelã suscipiat: Iniurias insidiasque si quæ pararẽt ꝓpulsaret. Sphortia ad hæc: se auxilio ubi opus eẽt nunq̃ defutur̃ recepit. Hæc ubi sehorsũ inter sese clanculũque egerũt: alia deinde fœdera ex Alphõsi ẽt sentẽtia iniere: quor̃ hæc summa fuit: ut rẽ regiã Sphortia pari fide tueret̃ & quotiẽs in auxiliũ uocaret̃ præsto eẽt: seu utrique seu sehorsũ primũ uocãti. Firmatis in hũc modum rebus humaniter a regina & a Rege dimissus Sphortia in castra rediitquæ nõ lõge erãt a Beneuẽto. Bracius autẽ his omnibus ex sentẽtia peractis: regno excedit: exercitũq; in Vmbros reducit: spe ꝑ ꝓditionẽ Tiferni potiũdi ductus. Is igit̃ in agrũ Tifernatẽ ꝓfectus: Vbi se d̃ obtinẽda primo aduẽtu Vrbe spem fefellisse uidit: castra mœnibus admouit. Ac nõ repugnãtibus florẽtinis quor̃ sese fidei Tifernates cõmiserãt: ꝓpterea q̃d crescẽtibus Philippi Mediolanẽsiũ prĩcipis opibus: maxime soliciti: Braciũ sibi amicũ adiutorẽq; seruar̃ decreuerãt: eam urbẽ paruo negotio subegit. Iam tertius & uigesimus ad quadrĩgẽtesimũ & millesimũ agebat̃ annus: cũ ineunte æstate ubiq; quiescẽtibus armis bellum graue & ꝑiculosum in regno duobus in locis uno tp̃re renouat̃. Nam & Bracius cõtractis undiq; copiis in regni fines reuersus Aq̃lanos inuadit: eorũq; agros populatus: urbẽ q̃tis põt uiribus aggredit̃: q̃ sibi ex fœdere q̃d cũ Alphonso ꝑcusserat: in ꝓpriã dicionẽ uendicare licebat. Vir. n: animi ĩmoderati & dominãdi libidine flagrans: quẽ secũdiores res suꝑbientẽ nimiũ fecerant: spe iã regnũ uniuersum innaserat: cum id subactis Aq̃lanis haud difficile futurum arbitraret̃: & Alphonsus his rebus adductus quæ iã de regina carazolo & de uendicando sibi uni uerso regno diu cogitauerat: per oblatã occasionẽ uenientis ad se in nouam arcẽ carazoli experiri statuit. Itaq; eo in uincula coniici iusso: coacta celeriter gottholanorũ manu: q̃ Neapoli erant: ad arcem capuanam q̃ uocant ubi se regina continebat: pergere properat. arcem reginamque in potestatem acturus. Verum qui acri præsidio erant. cum primum tũ multuari per urbem senserunt. demissa catharacta sumptisque propere armis in ueniẽtes gottholanos tæla coniiciunt: eosq; procul arcẽtes multos uulneribus cõfodiũt. Quãobrem repulsus ab ingressu Alphonsus cõtracta undiq; maiore militũ manu aperto iam bello Reginam adortus arcem circũsistit. At Regina tam repentino circũuenta malo cũ in carcerem cõiectũ insuper carazolum intellexisset: ad Sphortiã maturare iubet: q̃ dicerẽt: ne cunctaret̃ laborãti & in summo positæ periculo subsidiũ ferre: Qua quidẽ re cognita Sphortia & q̃d data fides urgebat: & q̃d pro eo quo regina prosequebatur: studio: illius conditionẽ cõmiserabat̃: quãcelerrime copias contrahit: quas iam ex hybernis eduxerat: & totã quæ insecuta est nocte ordinibus instructis Neapolim ire cõtẽdit. Ei iam procedenti ab Alphõso nuncii obuiam facti: ut sibi & stipẽdii & fœderis iure auxilio esset. deposcunt. qui

bus Sphortia per ſummam modeſtiá ita reſpõdit ſe:Reginæ ac regi idẽ sen
tiẽtibus copias suas omnes quocũq; rerum casu nunq; negatuꝝ:Verum im
præſẽtia Reginæ iuſſu prætẽtú ex fœdere qđ ſibi cũ utroq; eſſet:opẽ prius
expoſcẽti ferre:Dolore autẽ plurimú:qđ tãtú inter eos diſcordiaꝝ tãtumq;
irarum exarſiſſet: ut armis inter ſeſe cõtẽderent:quos & maternus amor &
filii pietas & beneficioꝝ inſuper magnitudo cariſſimos ſibi inuicẽ facere đ
buerãt.Regem proinde ſuis uerbis redeuntes rogarẽt:ut cœpta capuanæ ar
cis oppugnatiõe abſtineret:nec iniuriæ loco duceret:Reginã loco tuto ſe te
neꝛ. Quod ubi cõpertũ habuerit:nõ lõgius ꝓgreſſuꝝ.Hoc unũ ſe ab Rege
impetrare debere:& Reginæ benemerita erga ſe maxima & ſuæ militiæ ra
tiones:cuius primas ſibi hoc tẽpore partes illa uẽdicaret:poſtulare Hæc ad
Alphõſũ relata nihil proficiũt.Magna.n.ſpe ſed maiore cupiditate obtinẽ
dæ arcis incẽſus animus ſuis ẽt aduerſus Sphortiã uiribus frætus præceps
in eam oppugnationẽ ferebaꝛ.Cõtinuato igiꝛ itinere Sphortia ubi ad tertiũ
iam lapidem Vrbi appropinquaſſet:mittit ex ſuis q̃ rurſus Alphonſũ ſum
mis precibus orarent:ut ab inferendaui Regiæ deſiſtat: nec eũ ſibi hoſtem
prouocet:quem ſi honeſta uelit obſequentiſſimũ ſit habiturus.Cum nullus
apud regem in incœpto ptinacior ꝑſeuerãtem ꝑcibus locus eſſet: Sphortia
tãdem acie inſtructa eo peruenit.Alphõſus q̃ nec oppugnationem deſerere
nec Sphortiæ cedere ſtatuiſſet:relictis cõtra arcem iis quos ſatis eſſe putarat
reliquos oẽs in aduenientẽ hoſtem immittit: Cõmittiꝛ collatis ſignis mox
ſub ipſã arcem ad locũ:cui Formello nomẽ eſt:magno utrinq; impetu præ
liũ ingens.Cõſerebaꝛ.n.inter fortiſſimos uiros atrox pugna. Taraconenſes
armorũ equoꝝq; magnificentia cõſpicuos ipſa ẽt ſui regis præſentia & ani
moꝝ elatio in uulnera ac cædes incitabat: Sphortiani milites priſtinæ uir
tutis memores gloriæq; cupidi ſui ẽt fortiſſimi ducis adhortatione & exem
plo magis atq; magis in præliũ incendebãt. Ille. n.& ducis & militis operã
uno eodemq; tempore abeundo:acerrime dimicabat.Tutabantur Taraconẽ
ſes anguſtiæ uiaꝝ:in qbus res gerebatur plurimũ:Nã undiq; aut muris aut
macerie hortorum ſepti crebris etiã repagulis munibãtur. pertinaciſſimis
utrinq; animis decertãtibus cõfertiſſima pugna:cũ neutri pedẽ referrent :
ſuſpenſã ſex amplius horis uictoriã uario euentu faciebat. At Sphortia ubi
rem ancipiti loco poſitã animaduertit:ſtatuit: circũducto agmine : hoſtem
a tergo adoriri.Iuſſis igiꝛ iis q̃ circa ſe pugnabãt:locũ in quo eſſent :tueri:
ipſe ſumpta pedeſtri cohorte ad diruendos qui a latere parietes erãt : feſti
nat.Sed illi per ducis abſentiã loco pelli cœperũt. Imperatore aũt cõfeſtim
redeũte milites redintegratis animis uiq; in hoſtes facta:amiſſũ locum rur
ſus occupãt.Quod cũ ſæpius eo abeunte redeũteq; fieret:increpare eos acer
bius cœpit. & ignauiæ accuſare :cũ per unius hois nomen tũ nũc imbelles
nũc fortes uiderenꝛ.Promiſerunt iureiurãdo pugnãtes milites:ipſo ſe loco
nõ ceſſuros:Quod cũ ab iis poſtea fortiſſime ſeruatũ eſſet : urgente Sphor
tia obſtãtes parietes ſubruũꝛ Itaq; patefacta ĩ hoſtes uia impetuq; ab Sphor
tianis mox ab tergo & a frõte uno tẽpore facto Taraconẽſes circũuẽti fractis
animis:loco cederꝛ compelluntꝛ:funduntꝛq; :ita ut quiſq; fuga ſalutem pete
re cœperit. Fuſis fugatiſq; gottholanis inſtãt acrius Sphortiani: eoſq; præci
piti curſu in Vrbẽ fugientes ad ipſas portas agunt:ſternunꝛ:capiũturq; paſ
ſim Taraconẽſes.Regia ſigna Sphortia ipſe impetit : eaq; ſignifero ꝑtrato
capit :eodẽ impetu Vrbẽ ipſã ingreſſi Sphortiani hoſtibus immixti : Taraco
nẽſes ĩſequũtur:cædũt:cædẽdoq; capiũt.Cũq; rex uix tandẽ cum paucis ad
modũ ĩ arcẽ nouã ſe recepiſſet:reliquus omnis eius exercitus prædæ Sphor
tianis militibus patuit.Inter ceteros ex iis qui intercepti ſũt:cẽtũ & uiginti
gottholani ꝓceres & primarii uiri:qui magna ſpe ducti:Regẽ ſecuti erãt:in
Sphortiæ poteſtatẽ uenerũt.Magnus ĩſuper equoꝝ numerus captus :ſupel
lex ingẽs ac pretioſa direpta. Quo prælio ſphortiæ uictoris nomẽ ſummis

laudibus in cælum ferebatur. Postridie uero eius diei Vrbe reginę imperio restituta: cõpositisq; Neapolitanis rebus: Sphortia toto exercitu Auersá petit. Hanc nullo labore dedentibus sese ciuibus arceq; ab Gotholano p̃fecto omni spe auxilii derelicto tradita in pristiná reginæ fidẽ accepit. At Alphõso inopinãti cũ rebus maxime difideret: auxiliaris a Barchinone classis quartodecimo die post Neapolitaná pugná affuit. quá Neapolitão littori appropinquare Regina ex arce capuana cõspicata Auersá ad Sphortiam cõfestim mittit: q tuendæ Vrbis auxiliũ ab eo peteret. Is re audita: Foschinũ Attẽdulũ cũ eq̃tibus q̃ngentis citato cursu Neapolim ad reginá iubet properare: quo cũ peuenisset: exposuisse iam classem armatũ militem & prælio Reginæ milites lacessere cõperiũt. Hi maiore quo possũt conatu nauales turmas a littore pellere inituntur. Verum aduersarii numero lõge superiores: & scorpionibus omniq; missiliũ genere instructi nõ tãtũ littus sed proxima etiã portui loca occupãt. Deinde tertiá Vrbis partem eo ipso die Sphortianis eq̃tibus ægre resistentibus paulatĩ inuadunt. Miserat Foschinus: q hostiũ uĩ Sphortiæ renunciarent. Qua quidem rẽpermotus Sphortia insequenti die & ipe cum reliq̃s copiis eo proficiscit. At gottholani audentiores facti: q & p̃ angustissimos urbis uicos ipsi pedites Sphortiane eq̃tatui ad id parũ ualido potiores erãt: & Neapolitanoq; præterea nullis in hostes arma capiebat: sed ueluti spectatores tãtæ rei euentũ pugnæ expectabãt. pgressi sensim cũ a prima luce in uesperá usq; pugnatũ esset: uniuersá prope urbem occupãt & in ea plane dominãtur. Ciuiũ eoq; quos sibi suspectos putabãt. plurimoq; domos diripiũt. Iniecto insuper igni in eá omnem urbis partem quæ portũ mareq; p̃spectat. Sphortia ubi retineri ab se urbẽ nõ posse uidet: copias extra mœnia ædificiaq; paulatim reducit: firmatisq; in suburbano stationibus haud procul Capuana arce ibi quatriduũ cõsedit: Vnde crebris in Vrbem irruptiõibus factis posteaq̃ hostem nulla arte extra mœnia allicere posse intelligit: facta per præcones libera omnibus q inde discedẽ uellẽt abeũdi potestate: & ĩposita uehiculis quæ undiq; cõuenire iusserat omni reginæ supellectile: capuanæq; arci præsidio impositio cũ regina ipsa Auersá reuertitur. Secuta est aũt abeunte Reginã incredibilis omnis sexus atq; ætatis ex Vrbe multitudo Gottholaná uim fugiẽtiũ: quoq; supra quisq; millia numerus fuisse fertur: Cumque p eá nocte tardãtibus impedimẽtis & inermi turba secũdo a Neapoli lapide substitissẽt: tãta erãt Vrbis incẽdia: & ita omnia flamis collucebãt: ut eo usq; legẽdarum litteraq; facultate datá fuisse a multis affirmatũ sit. Ex inde nõ multis post diebus Sphortia Dolionũ profectus, dũ Neapolitanos crebris incursionibus infestat: & capuanæ arci cõmeatus affatim subministrabat: & Taraconẽsẽ deterrebat. Cũ ita res aliquã diu gererentur: Regina quæ incredibili habẽdi apud se Carazoli illiusque cõsuetudinis desyderio tenebatur: Sphortiá quá uehemẽtissime rogat ut p captiuoq; cõmutationẽ magnũ Senescallũ in libertatẽ restitui p̃mittat. Itaq; Sphortia nihil q̃ Reginam cupere intelligeret: recusãs: uiginti ex Gotthosanis proceribus primores quos in Beneuẽtaná arcẽ custodiẽdos miserat: in libertatem per magno auri põdẽ redimẽdos: pmutatione cũ uno Carazolo facta: missos fecit: quiesq; deinde Reginæ animo data ẽ. Nec fieri tamẽ potuit: ut hoc tãto beneficio accepto ingratus huiorisq; pẽus Carazoli animus bene unquã de Sphortia cogitare potuerit: & quin illi sẽper infestus fuerit Eo igitur p̃ immẽsũ desyderiũ recepto: Regina cũ Sphortia & Carozolo ipso multis ex omni ordine grauissimis sapientissimisq; uiris in cõciliũ aduocatis: de illatis in se p̃ sũma indignitatẽ ab Alphõso rege iniuriis questa: eorum sententias sup tãtæ rei nouitate supque regni statu singillatim exq̃rit. Illi Alphonsũ indignũ admisisse facinus incusãtes, quẽ etiã Martinus põtifex odio nõ mediocri insequebat. cũ omni regia adoptione priuãdũ aliũq; tanto imperio destinandũ successorẽ censent. Ex inde omnibus diligentiũ

me circũſpicientibus qđ e re lohãnę regnique totius foret: Ludouicus terti
us andegauiẽſis:quem Romam ad pontificem ꝓfectum ſupra oſtendimus:
uiſus eſt cæteris qui offerebanť:præferẽdus.Ea re nõ modo a regina ſed &
a põtifice Martino:cuius maxime intererat:cõprobata:Sphortia ſe utrinq
ſeruãdi abRegina &Ludouico pcuſſi fœderis uadẽ recepit.His cõſtitutis re
bus Alphõſus edicto publico miſſiſq nõ ſolũ ꝑ omnẽ Italiã ſed ꝑ uniuer
ſã ꝓpe Europam litteris regia adoptione iure abdicatus ob ingratũ iniquũ
que ĩ Reginam animũ & ĩſignes illatas iniurias declaraſ:iiſdęq præconiis
Ludouicus ab Regina filius & ĩ regnũ inſtitutus hæres ꝓnũciaſ.Dũ hæc in
Campania gerũtur : accidit in calabris facimus rei nouitatẽ memorabile.
Miſerat eo Ludouicus Andegauiẽſis:priuſq eregno migraſſet:ubi partium
ſtudio plurimũ poterat : Franciſcum Sphortiæ filium magnæ ſpei futuræ
que ꝓbitatis adoleſcẽtẽ:quẽ iã ſupra ætatẽ mira grauitas cõſtãtia & eximia
in gerẽdis rebus uirtus extulerat:uice regia dignitate præfectũ.Huic pater
in quẽ unũ ſummã paterni amoris curã cõiecerat: primariũ quenq ex om
ni ſuorũ ordine delectũ eqtem cum nõ exiguo militum numero attribue
rat.Horę principes fuerePaulus Vrbe ueteranus:Tinctus Michilotus peruſi
nus uiri cõſilio graues & rei bellicæ uſu periti: Nannus ſpinellus:Foro iu
lianus cognomento grãdis:Floramõtes ruber præfecti ordinũ: Cæſar Mar
tinẽgus.Raynaldns bulgarellus : Petrus gyraſius cui cognomẽ erat flaſco :
Riccius Veterbienſis:Iacobus acciapacius:pellinus cotignolanus : Leo ſaler
nitanus & Boldrinus fauẽtinus : multiq præterea alii fortiſſimi eqtes præ
ter gregarios milites:cũ iis in eã regionẽ ꝓfectus nõ modo Cuſẽtiã inferioę
Brutioę caput:ſed uniuerſã ꝓpe eã ꝓuinciã q̃ tumultuantẽ inuenerat:ſuo
parẽre impio coegerat:Sed poſt uarias ut docuimus:regni mutationes:cum
renouatũ eſſet poſtrẽo aduerſus Taraconẽſes ĩ Calabris bellũ:Franciſcus co
pias ex hybernis eduxerat : & inter Cuſentiã oppidũq Rẽdã nõ lõge ab ho
ſtiũ ſinibus caſtra ponebat.Hi autẽ quos ſupra nominauimus:præter unũ
Pellinũ:depoſita tũ fidei datæ tũ magnoę a Sphortia acceptorũ beneficio
rũ memoria:quẽ diẽ obiſſe falſo uulgatũ erat:de deſerẽdo Frãciſco eorum
duce inter ſeſe cõiurarãt.Itaq quo minus nefariæ turpiterq id faceť uide
reńt:Frãciſcũ circũſtẽtũt.nõ ſoluta primũ ꝑteriti tẽporis ſtipẽdia ſuperbe
nimiũ depoſcũt.Deinde alias atq alias grauiſſimas cõnectũt querelas:& pa
tefacta demũ cõiuratione:cõſtituiſſe ſeſe ab eo diſcedere aperte ꝓnũciant:
Ad eas tã inexpectatas uoces:Frãciscus primo auditu obſtupuit: Collecto de
inde ſpiritu:ubi cõiuratos in ſentẽtia perſiſtere uidet:perit: quãdoqdẽ ita
fixũ in animo habeãt:ne ſe ſolũ in hoſtiũ prope cõſpectu dẽſerãt:ſocii eo uſ
que ſint:donec in tutũ locũ ſe recipiat.Poſtea ſi ita eis uiſũ fuerit:abirent:
Illis aũt obſtinatis animis recuſãtibus : eos pfidiæ acerbius accuſare ultio
nẽq interminari cœpit : qbus uerbis nihil tamẽ molliti ſed maiore ira cõ
moti cũ omni eqtatu agmine facto abeuntes aliquot primũ dies ꝑ circũui
cina loca uagant.Dein accerſiti a lohãne Iſſera Taraconẽſi in Calabris præ
fecto ad hoſtes tráſeũt. Flaſcus qui inuito potius q̃ uolũtario animo cũ re
liqs cõiurarat: pridie eius diei q defectionẽ præceſſerat:ſcelerati facinoris
pœnitẽtia ductus Frãciſcũ adierat:rogaueratq: uti ſe reuinctũ torqueri iu
beret.Quod ſi fieret:ea certe detegeret: quæ magni momẽti iudicaret.Vole
bat.n.cruciatu coactus ea fateri:quæ liber ſeu iuriſiurãdi religionẽ ſeu pdi
tæ cõiuratõis pœnã ueritus enũciare nõ audebat.Veꝝ cũ id nihil pẽſi a Frã
ciſco hĩeť : pinde ac de re icrẽdibili fruſtra locutus ẽ.Itaq Frãciſcus a cõmi
litonibus deſtitutus cũ Pelllino & ꝑtorianis ĩ ꝓximũ oppidũ Rẽdã ſe cõtu
lit.At nõ multis poſt diebus huius tãte ulciſcẽdæ pfidiæ exoptata uiãť Frã
ciſco affuiſſe fortũa:Nã poſtea q̃ ea de re factus ẽ Sphortia certior: Micha
elẽ attẽdulũ cũ quatrĩgẽtis eqtibus ĩ tráſfugaę ſupplemẽtũ filio tráſmittit
Franciſcus cũ intellexiſſet ꝑ exploratores Taraconenſes cũ ipis pfugis ĩ Cu
ſentinoę agę ueniſſe:ſpe ꝑ inſidias magnæ rei gerendæ ſũma celeritate q̃

tas põr ex locis ppinqs:auxiliares copias cõtrahit:Ludouicũq; scõseuerina
tem q Cusentiæ urbi p Ludouico rege p̃sidio erat:magnæ qdẽ iam tumin
ter belli duces auctoritatis uiꝝ cũ ualido eq̃tatu sibi adiungit : quoꝝ auxi
lio auctus ingenti in eos aĩo pnicitateq; mirabili delatus pugna cõserta om
nes prĩo ĩpetu ꝓfligat:fugatq;:ac magnã eorũ partẽ capit:& in his Foroiu
lianũ Cesarẽ Flascũ reliquosq; fugientes ĩsecutus in captiuoꝝ numero ha
buit.Videre hoc loco licuit sũmã in adolescente clæmentiã ac mansuetudi
nem:qua in captiuos pfugas usus est.Nã cũ hæc Sphortiæ renunciata essẽt
nõ multis post diebus qbus Neapoli Alphonsum fuderat:prĩs animum re
centi uictoria exultantẽ maiore gaudio repleuerunt : Sed eũ de transfugis
recognita cõfestim per nunciũ filio iussisse ferunt:ut illis oĩbus laqueo col
la frangeret:quo prĩs imperio accepto:cũ uideretur seuerius & ab illius q
erat miti ingenio:cõsuetudine longe alienũ:paululũ subdubiũ fuisse & co
gitabundũ:uelut q & prĩ parendũ esse duceret:& nihil crudelius faciendũ.
Dein cõuersum ad nunciũ dixisse.Dic mihi:quo uultu prĩ ut ista mihi refer
res:imperauit.Illũq; iracundo respondisse:Tum Franciscũ:nõ igitur prẽm
iussisse:si iussit iracundus:qua re accersitis ad se captiuis : prĩs imperium
dissimulando:quoniã prĩ meus inq̃t:erratis uris ignoscit: & ego uos oẽs q̃li
beralissime pœna absoluo:& manendi insuper:ut antea & abeundi pro arbi
trio optione permitto:Tũ oẽs præ lætitia collachrymantes &prĩ gras egisse
ingentes & filio:ac sese manere apud eũ uelle alacriter respondisse :Quod
cũ Sphortia ex lris filii intellexisset:cõuersum ad circũstantes subridentem
dixisse ferunt:longe filium esse prẽ prudentiorem.Cæterũm Alphõsus ubi
ea quæ de se Iohãna per Italiã perq; Europã uulgauerat:persensit : institu
tũq; insuper p̃cipua pontificis opera Ludouicũ regni successorẽ ptesq; tu
as ob id difficiliores futuras animaduertit maioribus uiribus sibi gerendũ
bellũ iudicauit.Quãobrẽ Braciũ rogatũ mittit:ut in Cãpãniã ãd ferendum
sibi auxiliũ aduersus nouã belli molẽ trãsitũ maturaret.At ille q suos co
gitatus omnes in unã obtinendã Aqlam q̃ obsedisset:cõuerterat:neq; regiis
præcibus neq; iure fœderum neq; ullis deniq; pollicitationibus adduci po
tuit:ut ab ea obsidione discederet.Itaq; Alphonsus eã spe auxilii frustratus
siue qd' per id tp̃ris suã Neapoli præsentiã parũ sibi auctoritatis afferre in
teligeret:siue qd' hispani eũ belli qd' nuper exortũ fuerat:cura præmeret
seu qd' Genuæ a Philippo Mediolanensiũ duce classem aduersum sese pa
rari audierat.Petro fratre quẽ infantẽ appellabãt:quæ ẽ dignitas apud his
panos post regiã prima:& cũ eo Iacobo Caudola:Berardino Vbaldino car
dense:& Vrso ex Vrsina gente primariis suæ militiæ ducibus p̃sidio Neapo
li relictis paratã in portu classem cõscẽdit:& tyrrhenum inde mare adnaui
gans:Massiliã Vrbẽ uetustissimã ac portu celebrẽ uenit.Hãc cũ Andegauen
sũ pareret imperio:inopinãtẽ adortus:expugnat:ac in prædã uertit.nec tã
to uulnere ciuitati ĩmeritæ illato cõtẽtus.ob odiũ irãq; in Ludouicũ incẽ
dit.Exinde sacris diui Ludouici ossibus & aureis argẽteisq; plurimis uasis
ablatis in pr̃na regna delatus ẽ.Inter hæc Bracius . q ut docuimus. magnis
uiribus Aqlã p̃mebat:ubi obstinatis ad resistẽdum Aquilanoꝝ animis:diu
turnioꝝ futurã eius uibis oppugnationẽ aĩaduertit:cõsumpta iam æstate.
Petrũ Iohãnẽ Paulũ.Iohãnẽ.& Frãciscũ frẽs Vrsinos ductores equitũ haud
quaq̃ postremos.& Manupelli comites sibi asciscit:quoꝝ p̃ter militarẽ ope
rã accessio magno usui fuit.Nã cõplura per eã brutiorũ orã oppida possi
debãt.q̃ regionẽ recẽti uocabulo Aprutiũ dicũt.Hæc Pelignos Marucinos
Marsos Feretanos Furconẽses Larinates Albenses uetustissima populoꝝ no
mina Saniq; itẽ maximã ptẽ cõtinet:Aduẽtãte hyeme.ædificatis aduersus
Aquilam castellis præsidioque imposito.per ea loca Bracius copias suas
hæmatum distribuit.Ipse cum delecto equitatu Theate Marucinorum ur
bem quam nunc Thetim nuncupant orthona per simulatam cum regina
amicitiam occupata : nullo aduersari ausо in hyberna p.rofectus est .

Tulit hos Bracii successus Regina molestissime: quæ parum in ea re cũ Carazolo Bracii fautore sentiebat. Dolebat aũt uæhementer: Vrgeri ab eo Aqlam nomini suo deditissimam: quæ ut se in illius fide cõtineret: oĩa extrema patiebaf: hoĩnemq; ꝓterea dominandi cupidũ maiores aĩos itra regni fines sumptuq; metuebat: quod subactis Aqlanis illum ab inuadendo regno neq; temperaturq; existimabat. Veꝝ hunc iamdudũ alebat intestinus morbus. Infen us. n. Sphortiæ Carazolus: quibuscũq; poterat artibus discordiarum fomenta inter Sphortiam Braciumq; subministrabat: qui ut irritatos eoꝝ mutuis odiis animos uidit: bracianas ꝓtes secutus q̃is reginæ aduersas occultis insidiis nutriebat. His igiť de causis Regina uæhementer cõmota: statuit nõ amplius cunctari: imminentiq; Aquilanoꝝ ꝓiculo & crescentis insolentiæ Bracii occurrere Proinde Sphortiæ ad se accersito &qd sit opus facto: & qd ab eo fieri uelit. ostendit. Is &si iniquo anni tp̃re aduersus reꝝ omnium munitissimum hostem ex hybernis sibi educendum erat: tamen alacri & Inuicto animo Reginæ imperata facit: reuocatisq; ad se q̃primum Francisco filio & Michaele ex Calabris: & Foschino ex Appulis: quo æstate superior miserat: copias undiq; cogit: necdum omnes cõuenerant: cum ĩ ipsum Bracium ire cõtendit. Ex itinere Ischonium qđ nunc Vastum Amonis uocant caudelanoꝝ oppidum aggressus paruo negocio in potestatem accepit. Inde montem Theriſii. postea orthonam ꝓgressus electo braciano præsidio: dedentibus sese oppidanis: in reginæ dicionem redegit. Duæ potissimum res hoc tp̃re Sphortiã maturare aduersus hostem & hortabãtur: & urgebant: Vna erat & ꝓcipua: ut Reginæ imperia ad cõprimendã Bracii audaciam exequeref. Altera ut quæ iã cum Philippo Mediolanensium duce pepigerat: efficeret Per idem. n. tempus Philippus: cuius potentia adeo creuerat: ut eius nominis fama ac magnitudo toti ꝓpemodum Italiæ formidini esset: Franciscum cui Cremagnolæ cognomen erat: supremũ antea sui exercitus ducem: q maximis rebus gestis magnã sibi auctoritatem magnamque gloriam cõparauerat: ob easq; res inuidiæ obnoxius: multoꝝ insidiis circũuentus fuerat: ab militia per speciem honoris Genuæ urbi pfectum reuocarat. Dũ igitur Philippus quẽ potissimũ Cremagnolæ subrogaret: quærit in unũ Sphortiã mentem cõuerterat. Itaq; annuente Regina Martini et pontificis opera Sphortia cũ Philippo cõuenerat: ut liberatis obsidione Aquilanis firmatisq; lohãne Ludouicisq; rebus ineunte proxima æstate florentinis bellum inferret. Bracius ãt ut irruentem in se Sphortiã infesto exercitu didicit: copias suas omnes ꝓter eas quas ꝓsidio castellis iis: quæ aduersus Aqlanos fabricauerat: reliqsse diximus: ex hybernis educit nec aut us apertis campis cum hoste cõtendere: deditissimos suæ factionis populos in fide cõtinere studebat: & mõ huc modo illuc aduolans oppida seu munitione: seu duplicis incolentium animis infirma præsidio oratio neq; firmabat. At Sphortia quocunq; eũ accessisse cognouerat: insequebatur. Per hunc modũ pluribus oppidis pulsum intra Theate tandem munitioné locũ cõpulit. Et quoniam hyemis acerbitas Decembri mense sæuiente castramẽtari prohibebat cõferre sese orthonam cũ parte copiaꝝ Sphortia: reliqs per propinqua municipia distributis. Sed iã Sphortiæ fatalis hora aduenerat: iã paratis omnium ad bellũ animis: Franciscum filium: ĩ quo omnis paterna fiducia reponebatur: & cũ eo Michaelẽ attendulum cum exercitus parte trans flumen Aternum quem nunc de proximi municipii nomine Piscariam dicunt. qua fauces mari immiscet: mittere instituit: ut inde celeriter Aquilam petentes hostem iam præteritum ꝓuenirẽt. Ipse cum reliquo exercitu eos præsidio subsecuturus. Exploratam iã omnes victoriam habere uidebantur: nisi tantæ rei gloriam Sphortiæ acerba inopinataq; mors intercepisset. Apparuere ãt tanti ducis iniqua futuræ sortis ꝓsagia: quæ cũ cæteros terruisset: solus ipe cui exitiũ portẽdebaf: aduersus ea ferebaf impauidus. Narrauit. n. per

acta diluculo hostiæ christianæ celebratione circunstantibus multis ꝑ som
nium uidisse se in altissima aqua Periclitari opem neqcq̃ implorantē. Hæc
&si audientes omnes ut ꝓfectionem in dies proximos tardaret : & adhorta
bantur:& rogabant:Cōmemorantes p̄terea quædam Astrologorū iudicia :
quæ monebant:uti die lunæ Sphortia amniū transitum præcaueret. persti
tit ille nihilosecius cōtra omnium sententias intrepidus:uelut is quem ine
uitabile eius diei fatum maneret extremū. Iubet igit̄ Sphortia armatos mi
litum ordines Aternum uersus ut statuerat:procedere. cumq; pro consuetu
dine profectionis initio ante se sublata signa ferri imperasset quadrati ue
xilli signifer uix ipsam urbis portam exierat:cum equi lapsu corrués signū
solo illisit. Vbi uero ad Aterni ostium peruentum est:cōperit hostes uadū
eius fluminis in aduersa ripa sudibus præfixis scaphaq; submersa :interru
pisse:castellumq; desuper ædificasse:& p̄sidio imposito transitu suos ꝓhi
bere. Hac difficultate nihilo segnior Sphortia ad traiiciendū amnem factus
anteriores progredi iubet:deducto ad dexteram in mare itinere qua mino
rem aquæ altitudinem putaret. Et quoniam crebris e regione telis impete
bantur:cassides induunt:hastisq; foemori adactis quinq; omnium primi in
signibus uecti equis flumen ingrediūtur. Hos Franciscus & Michael atten
dulus subsequuntur Sphortia octauus additur:& non multo labore in ulte
riorem ripam traiiciunt. Quadringenti circiter equites eos secuti sunt. Inte
rim refluens in aduersum amnem maris unda uento impulsa exasperascer̄
atq; intumescere:qua re percnlsi reliqui in ripa constiterunt. Imposuerat
Bracius Piscariæ municipio quod sublicio ponte utranq; amnis ripam cō
plectitur:præsidii causa equites ad quadringentos & peditatū nō paruum.
Hi ubi nunciatum est:ad ostiū fluminis transitum ab Sphortia tentari:nec
posse ab iis qui in castello erant:prohiberi:instructa acie ad uadum ferūtur
In hos igitur Franciscus cum iis qui transierant:obuiā factus:acerrime con
fligit:eosq; tandem in fugam uersos ad pontem usq; p̄cipites agit. Complu
res ex iis capit:Hac pugna alacrior factus Sphortia:q incredibilem ꝓpe de
adolescentis filii uirtute læticiam capiebat. In fluminis fauces regressus uo
ce manuq; stantes in aduersa ripa ordines transire ac se subsequi iubet. At
ubi eos cunctari segnesq; stare uidet:rursus ipse ut acrius cogeret transeun
diq; timentium animis fiduciam p̄beret:amnem ingredit̄:& qua profectus
erat:infelicem maris undam repetit. Sed priusq̃ ad fluminis ripam perue
niret:ad armigerum quendam quem hippagium appellant:īter fluctus pe
riclitantem flectit subleuaturus:ne mergeretur:& dum pereunti illi manū
extendit:quo insidebat equus posterioribus desertus pedibus:labitur:mox
q; Sphortia ephippio excussus ac thoracis reliquoꝝq; armoꝝpondere p̄ssus
exæstuantibus undis obruitur:Equus sessore uacuus ad littus enatauit. Ip̄e
uero Sphortia bis iunctas ferreis manicis graues manus sustulit:perinde ac
auxilium implorans:cūq; nemo se maris fluctibus hostilibusq; tælis obii
cere auderet:fluctuū magnitudine obrutus:anno ætatis quarto & quinqua
gesimo ab natali xp̄iano. M. cccc. xxiiii. iii. no. Ianuarias uita deseritur q diu
postea ac multū cōq situs nusq̃ repertus est. Viderat eiusmōi repentinū mi
serandūq; ducis casum unus ex iis q flumen transierant. Hic Protinus ad
Franciscum aduolat:eūq; paululū ex acie retractū mæstus tremensq; pater
num casum edocet:quo nūcio Franciscus grauissime affectus dolore īmen
sum p sūmā cōstantiā supprimit:seq; a lachrymis singultibusq; continet:
qd̄ maxīe expediebat:suos a pugna reiectis hostibus reuocat. Et per speciem
ferendi auxilii reliqs flumen transeuntibus celeriter ad uadū reducit:cūq;
cæteri iisdē fere uestigiis qbus flumen suparant:redeūtes ingruentibus un
dis sese cōmitterent:iāq; nōnulli absorberentur:ipse dimisso equo q eū tra
duceret :inuentū forte ibi lītrē cōscendit:& inter sagittaꝝ & omnis gene
ris missiliū iactus breuissimo conto īpellens in ripa expositus se recepit ad

ſuos quos cum oēs acerbiſſimo ob amiſſum ducem dolore confectos tumul
tuanteſq; intueniſſet: grauī oratione conſolari cœpit: Vtq; bono eſſent ani
mo hortari. Dein rogare: ut quemadmōm hactenus ſub patre Sphortia ma
gna cū laude omni tp̄re meruiſſent: iiſdem animis eademq; fide ſecū perſe
uerarent: Nā ſi ea bene ſentientiū inter ſeſe animorū fama ad Romanum
pontificem & ad lohānā reginā: ſi ad hoſtes deniq; ipſos pferaſ: nihilo cer
te q̄ antea inferiore loco & Sphortianum nomen & res eoꝝ omnis futuras.
Præterea ſtipendia cōmeatuſq; ac urbium & populorum gr̄am facile ſibi
cōparaturos. Quod ſi ſecus ſenſerint: & diuerſas in partes diſtrahi cœperit
tum demum & hoſtibus & amicis æque ludibrio fore. Hac oīone habita:
mirum in modū cōuerſe ſunt in eum omnium mentes: ita ut ingenti fauo
re digniſſimus ſit habitus: q̄ paterno exercitui præeſſet: q̄ nondū tertium &
uigeſimum ætatis annum exceſſiſſet: Vrbium item populorūq; omnium q̄
Sphortiæ paruerant imperio: adminiſtrationi ſuccederet: eumq; dein ſuū
imperatorem cōſalutarūt: & ut de ſe omnia ſibi promitteret: uno cōſenſu
eodemq; ore alacriter affirmarunt. Poſt hæc cōmunicato cum primoribus
cōſilio eodem die Orthonā unde diſceſſerāt: cum uniuerſis copiis reuertit
Bracius interim cum intellexiſſet hoſtem ad Aterni fauces exercitum duxi
ſe: eiuſque partem iā flumen trāſiſſe: nec reliquā trāſitu pheberi poſſe: luſ
ſerat. n. per nuncios ſingulas horas ut res gererent: edoceri: q̄ rem per ſe ma
gnam uerbis etiā multo maiorem fecerant: ſuis rebus diffidens præmiſſis
impedimentis Theate omnibus egreditur copiis eo cōſilio ut ſoluta Aqlana
obſidione reliquaq; omnino brutiorum ora ī picentes. Vmbroſq; ſuæ dicio
nis populos remigraret: & iā fere tria paſſuum millia procul Theate pceſſe
rat: cum miſſis ad ſe crebris ex piſcaria nunciis de Sphortiæ interitu cogno
ſcit. Ferē primo & item ſecundo rem tanti momenti renuncianti minime
credidiſſe: Supuenienti demum tertio fidem adhibuiſſe. Itaq; reuocato ite
nere Theate regrediť: Fama eſt: Bracium nulla de hoſtium ducis morte læ
titiæ ſigna oſtendiſſe ſed mortuum ſūmis laudibus extuliſſe: ſeu quod hu
manarum reꝝ exemplo admonitus tanti uiri caſu terreret: ſeu qđ ut plæ
riq; affirmant: ppe exploratū uaticinio haberet: breui ſe poſt nouiſſimum
Sportiæ diem ſuperuicturum: At Frāciſcus reductis ut oſtendimus: Ortho
nam copiis: cum Beneuentum q̄ primum petere ſtatuiſſet: quo & paternæ
dicionis oppida priuſq; ullo agitarent tumultu: cōfirmaret: & Reginam de
inde uiſeret: & ſaluaret: illiuſque gr̄am ſibi magis cōciliaret: Sancti parem
tem cotignolanum ex pfectis equum & Nicolaumantonium zurlum ſancti
Angeli comitem cum equeſtribus turmis Orthonæ pſidio relinq̄t: rogatus
item a comite Montis Teriſii imminentis Bracii uim metuente Flaſcum gi
raſium & Gerardū cotignolanū cum quadringentis circiter equitibus tute
læ gr̄a eidem deſtinat. Ipſe cum reliq̄s copiis ex Orthona de prima noctis ī
ſequentis uigilia mouens non prius reſtitit: q̄ Apenninum transgreſſus Be
neuentum puenit. Tenebat autem Braciano pſidio Anxanum Samnitiū op
pidum. Id nunc Lanzanum regionis Emporiū eſt. Huc ob nocturnas tene
bras cum equites nō exiguo numero cum impedimentorum parte ab itine
re errantes diuertiſſent: nullo negocio omnes intercepti pdæ hoſtibus fuer
Exinde poſteaq; omnia Franciſcus in fide perſtare cognouit: Idibus Ianuari
is aſſumptis nōnullis de exercitu primoribus Auerſam ad Reginam pfici
ſcitur: ab ea benigne exceptus nō potuit ſimul ob Sphortiæ pris deplorati
ſe a multis lachrymis & queſtibus moderari. Cōmouebat ingēti dolore mi
rū in mōm Reginæ animus: qđ eum amiſiſſet uirum: qué unū omniū ſibi
fidiſſimū & ſuæ ſaluti & totius regni acerrimū ppugnatorē defenſorēq;
habuiſſet. Cōmouebat pterea cū Frāci. imagno uictoriarū curſu tāto pente
ac reliquos fratres quos ipſe iam parentis loco complexus fuerat: orbatos
intueretur. Itaq; Franciſcum in magnam ſpem erectū uti bono eſſet animo

hortata: ſicuti paterna ſigna ac copias ita & urbes oppidaq; omnia quibus iamdudum Sphortiam donauerat ut in maiorem natu qui nondū quartū & uigeſimum ætatis attigerat annum: transfert pleno iure. Dein regina ſtudio non mediocri in filios nepoteſq; renouandi & propagandi Sphortiani nominis incenſa: iubet Franciſcum fratreſq; omnes adiecto proprio nomini Sphortiæ cognomine per omnē poſteritatem perpetuo appellari: & īſcribi. Quod ex eo tempore obſeruatū eſt: cū Franciſcus Sphortia & cæteri eodem modo fratres & appellati ſint & inſcripti. Idemq; in hunc uſq; diē cognomen a fratribus ipſis & filiis retineri uidemus. Quibus peractis rebus Regina quæ iam Taraconenſes qui ſeſe Neapoli continebant: ubi per tēpus liceret: bello acrius præmere decreuerat: quid ab eo fieri uelit: oſtendit. At Franciſco Beneuentum redeunti forte Vrſinus a Bracio Neapolim cū equeſtri præſidio miſſus fit ex inſperato obuius: Cōmittitur utrinq; pugna. Sed cū eſſet longe Fráciſcus numero inferior: tutiora conſilia ſecutus nō īſequēte urſino qđ inſidias uereretur Aceras proximū oppidū incolumis ſe recepit perbenigne quidem & ab Agapeto patricio romano quē ei oppido lohānesantonius bautius Tarentinoꝝ princeps præfecerat: & ab Aceranis exceptus: qui poſtridie ut ſtatuerat: continuato itinere Beneuentum ſe contulit. Quod moleſtiſſime ferens Tarentinus Taraconenſium partium fautor: qppe qui ut creditur: uel non recipi uel retineri ab Agapeto Franciſcū Sphortiam maluiſſet: illū ſtatī ab eo magiſtratu abdicauit. Acerriſq; abire iuſſit. At Franciſcus Beneuentum reuerſus ſuos exinde non tā milites quā populos reuiſit. Poſtea uero acceptis partim a Regina pecuniis partim ab amicis ſubditiſq; in ſupplementum comparatis & in milites diſtributis: exercitū ſummo ſtudio equis armiſq; exornandū curat. Dum hæc geruntur: zurlus quē cum Sanctiparente præſidio Orthonæ relictum diximus: de prodenda urbe Sphortianiſq; militibus diripiendis cum Bracio clā conuenerat. Qua quidem re ad ſanctiparentē primū deinde ad Franciſcum Rieardum in ciuitate principē cæteroſq; ciues delata: grauiſſima omnes metuq; periculi permoti: captis illico armis in zurli hoſpitium furentes prouolant: ipſumq; obtruncant. Dein ſupellectilem & equitatū eius omnem eodem ipſo furore in prædam uertunt. Quo facto: non multo poſt Sanctiparentes cum ſuis in Appulos profectus Franciſco Sphortiæ ſe adiunxit. Ineunte uere Franciſcus coactis undiq; copiis Neapolitanos ut Regina conſtituerat: inuadit: caſtriſque mœnibus admotis: urbem obſidione præmere cœpit. Sed aucto exercitu cū Franciſci ætas non capere tantū imperiū uideretur Placuit Reginæ ut Michael attendulus ætate maturior & rei militaris ſcientiſſimus ei ſocius ad deretur: cuius conſilio & auctoritate res agerentur. Hæc ad obſidendā a cōtinente Neapolim prouiſa: a mari autem claſſis nō multo poſt affuit omnibus rebus inſtructa. Fuerat ſiquidē triēnio ante Philippus Maria Mediolanēſium dux Genua urbe ampliſſima cū armis tū ciuilibus diſcordiis qbus ea ciuitas ſæpe agitari cōſueuit: potitus. Ad hunc terra mariq; potēte lohānna abdicato Alphonſo: miſerat rogatū auxiliū. Martino etiā pōtifice & Ludouico Andegauenſi depcatoribus. Philippus ubi Alphonſum quem inter Italicos principes peregrinū modeſtius uiuere æquum fuerat: elatū inſolētemq; uidit: quaſi Italiæ domitor haberi ac prædicari uellet: ſe reginæ poſtulatis facilem præbuit. Accedebat ad hæc qđ plæraq; inter ſeſe conuenta rex minus religioſe ſeruaſſe putabatur: & genuenſes quoque natura gotthoIano nomini infenſi ab eo petierāt. ut Ludouici mitiſſimo ingenio principis amicicia Taraconenſi ſuperbiæ anteponeret: quodq; Ludouicus ipſe & auxiliū ꝑ facultate ſe ſubminiſtratuꝝ pollicebat. Accedebat etiā qđ pulcherrimū exiſtimabat: ſi cuius mō Alphonſus domitor haberi cupiebat: ipe cenſor Italiæ haberetur. Quibus rebus pmotus claſſem parari iuſſit: Præerat tūc genue cremagnola: q & militaris diſcipline pitiſſimus & qđ tāto appa

tui usui esset: probe callens: omnia q̃ diligentissime subministrabat: eoq; maiore studio: quod iam a Philippo dux classis eius designatus erat. Itaq; ingẽtis magnitudinis naues duodecim & triremes duas supra uiginti coegit: ex quibus Ludouicus quattuor parauerat: quas præter equites externosq; pedites e Medialano missos egregie naualibus sociis & genuensi milite muniuit: iamq; omnes in portum conuenerant: nec aliud præter aduersos uẽtos remorari classem putabatur: Cum repente Guido taurellus eo a Philippo missus posthabito Cremagnola: classi preficiur ueluti nihil tanto studio Philippus curaret: quã ut inter duos egregios belli duces implacabile odiũ subministratis æmulatinoum irarumq; causis acueret. Nam pauloante a genuensi bello: abdicato Guidone: Cremagnolã prætulerat: Itaq; Guido classe per asperam hyemem e genuensi portu soluta: Caietanum sinum cum longis nauibus primum: paulo deinde post cum onerariis secundo uento portum subiit At Caietani qui intra urbem regium præsidium receperant: tãte classis repentino aduentu territi: ad Taurellum legationem mittunt: pactiq; ut hispano præsidio incolumi abire liceret. urbem dedire. quorũ exẽplum omnes ferme maritimæ urbes populiq; secuti gottholanos eiecerunt Reginæ Philippiq; imperia facturi. Superat una Neapolis quæ cũ terrestri exercitu obsideretur: Taurellus in portum delatus classem haud longius tæli iactu ab littore in ancoris stare iussit: & ita multo artius mari quam terra ea urbs obsideri coepta est. Quo tempore Franciscus Sphortia Guidoni: & illius opera Philippo postea magna ac prope singulari beniuolentia iunctus est. Quod quidem tantarum rerum quas in sequentibus annis Franciscus ipse per Italiam fortissime gessit: initium fuisse constat. Circũsessa per hunc modum terra mariq; Neapolis rei frumentariæ primum dein omnium fere rerum inopia durius haberi coepit. Tuebantur intus obsessos ciues magno militum præsidio ut supra ostendimus: Petrus infans regius frater & cum eo Iacobus caudola Berardinus cardensis & Vrsus ursinus ductores eqtũ insignes. Itaq; cũ oppugnare Vrbẽ obsidentibus ipsis nõ uideret: nec classis finito stipendii tempore manere loco amplius uellet: & inclusi diutius obsidionem perferre non possent: colloquia sunt cũ Neapolitanis haberi coepta: moxq; factis paucorum dierum ĩduciis: missi sunt ad Iacobum qui eum edocerent: nullas in Italia classes nullos exercitus in quorum subsidiis spem ullam ponere posset: eum aliquandiu deditionem differre: effugere aũt nequaq̃ posse: quanto satius esse prudenti necessitatem in gratiam uertere: posse si sapiat: & Reginam & Philippum non mediocri beneficio sibi conciliare: Neapolitanis ciuibus præterea deditionem nõ ingratam fore: Ad hec Iacobus qui propter innatam auariciam semper uænalis fuit: ita respondet: magna sibi militiæ stipendia deberi: si urbe excedat. neminẽ æs deprompturum q̃diu urbem obtineat. esse sibi idoneum ac certum consequendæ pecuniæ pignus. Iis colloquiis temptatis sæpe utrinq; animis factum est tandem: ut si pecunias Iacobo Philippus pendat. urbs dedatur. Re Mediolanum perlata conquisitum continuo aurum Genuam mittitur. idq; naui celeriter delatum Iacobo numeratur. Interim Berardinus ubi præter cætera incõmoda quæ obsidio afferre solet. Caudolam se insciente: cũ hostibus clanculnm conspirare uidet: impetrata a Francisco fide publica abeundi urbe egressus omni suo equitatu ad Bracium cui iure militiæ obstringebatur: se recepit. Caudola & si consumpto induciarum tempore factis fere quottidie eruptionibus manus præcipue cum Shortiano milite conserebat: Tamen accepta pecunia fœdereq; cum hostibus icto tuendæ urbis curam intermittit: Ex quo factum est: ut Sphortiani caudolanis militibus intermixti partim portis partim muris urbem indefensam inuaderent: excursionibusq; dein uicatim factis: petrus infans & qui superfuerant regii milites in arcẽ nouã confugerẽt. Frãciscus & Michael urbe plane potiti: eã

Reginæ potestati tradidere. quorum tanta fuit modestia. ut in tanto rerum motu ac tumultu nulla uis neque publice neque priuatim Neapolitanorũ cuiquam illata sit. Recepta per hunc modum Neapoli . omnia Traconen sium præsidia: arcibus solum quibusdã in eoꝝ fide persistẽtibus: regno de migrarũt . Qua quidẽ re pacatis ubiq; populis omnes nulla usi exceptione Reginæ iperia faciebãt. Quibus gestis rebus iam per Italiã Franciſci nomẽ prædicari celebriusq; in dies fieri & grauissimo insuper Taurelli apud phi lippũ testimonio magis atq; magis augeri cœptũ est. Ea impulsus fama Phi lippus qui præstãtibus uirtute uiris suũ exercitũ muniri plurimũ delecta batur: Iuuenẽ cũ Sphortianoꝝ militũ robore stipendio non multos tamen in menses magna omniũ expectatione cõduxit. Perseuerabat iterea obstina to animo in Aquilæ obsidione sũmo conatu Bracius post Sphortiæ obitũ confidentior factus cõtractisq; undiq; uiribus: ad urbem castra admouerat: omniq; fere cõmeatu intercluſam multis machinis quatiebat . Quod cum Martinus põtifex & Iohãna regina molestissime ferrẽt: & Philippus minui nõ augeri Bracii uires cuperet cũ florẽtinis sentientis: cũ quibus ipse bello cõtendebat: haud cunctandũ quin laborãtibus extremo periculo Aquilãis subsidiũ ferãt rati iubent omni ex parte exercitũ cogi: & aduersus hostẽ ad liberandã obsidione periturã urbẽ summa celeritate duci. Cõueniunt unũ ĩ locũ nõ multis post diebus Iacobus caudola: Franciscus Sphortia cum Mi chaele attendulo & duo Ludouici Sanctoseuerinas & columna: multiq; præ terea alii: qui sub pontifice & Regina merebãt. Imperãdi autẽ propter æta tem omnis caudolæ datur potestas. Cum his etiã mittitur a Pontifice Fran ciscus piccolpassus bononiensis: q postea Mediolani archiepiscopatũ gessit cũ pontificiis signis legatus: In huius belli euentũ uariis uotis tota animũ erexerat italia. Ex his. n. duobus exercitibus: romana ne ecclesia seruiret: an imperaret: & Neapolitani regni salus omnis & reꝝ insuper Mediolanẽsiũ æthruscaꝝq; & totius deniq; Italiæ status pendere uidebat. Itaq; kalẽdis Iu niis Aquilanoꝝ fines ingressi haud longius ab urbe quattuor passuũ milli bus castra ponũt: Ab hostilibus uero castris nõ amplius duobus. Mons qui dam haud magnæ altitudinis sed transitu perdifficilis inter utraq; castra ĩ tercedebat. Ardebant propinquiores facti paribus animis in prælĩũ pariq; fiducia utriq; exercitus: iamq; Braciani insolẽtius iactabundi uictoriã ĩ mã nu habere se existimabãt: nihilq; magis ueritũ Braciũ ferunt: quã ne paruo detrimento hostes pfligatos cerneret. Is enim ut erat belladi præliadiq; cal lentissimus: de hostiũ aduentu certior factus: montis eius summũ: quod ho stibus impendebat: duobus munierat castellis: & in iis magnas pedestres co pias collocarat. Ad radices autẽ montis qua hostibus in campestrẽ planiciẽ descensus erat: omnia aquis ex proximo Aquula fluuio deductis in stagni si militudinẽ cõpleuerat. Inde ipsius castra incipiebant equitibus supra quat tuormillia robustis quidẽ & exercitatis permunita: quos ĩ quattuor & uigĩ ti ordines instruxerat. Inter reliquos aũt præfectos ductoresq; hi principes erant: Nicolaus picininus: Petrus Iohánes Paulus: comes populi. castellanus roseus: Malatesta balio perusinus: Antonellus senensis. Iohánes Antonius aquaspartanus. Nicolaus pisanus. Paulus piscius: Teuerutius: Iohánes picini nus burgensis: Cathamellata. Comes brandolinus: Boldrinus papiensis. Lu cas & Trouarellus Aretini: Mattheus & Raynaldus ex gallia narbonensi . lã nucius focus: Agamemnon perusinus: Philippus dalmata: & Petrus texta: ui ri sane fortes & magnũ belli usum habentes. Iusserat præterea Bracius eun dem Nicolaum perusinum: cui propter corporis breuitatẽ picinino cogno men fuit: uirum certe bellicosum & impigrum cum equitibus quadringen tis & ualido peditatu e regione urbis ĩ eo colle cõsidere: qui dicitur Sancte Marie ad collẽ maii: ne qs ipeꝫ ab urbe erũpẽs pugnãtes suos a tergo adori ret. Iter cætera ãt quæ Bracio eo tpe curæ erãt: illd maxie puidedũ putauit

ne frumentū aut ullus cōmeatus in urbē per insidias īportaretur: cum de Aquilano populo paꝝ sibi negocii fore existimaret. At contra ecclesiastici exercitus duces: posteaq̄ hostē præstare loco uidēt: quē putarant eoꝝ aduentu non cōgredi ausurū sed deserta aquilana obsidione: procul cū exercitu abiturū: maximā habendā esse censent cōmittēdi prælii rationē. Itaq̄ cōuocato cōcilio: in diē posterū quæ more christiano feria sexta erat pugnā denunciāt: equestresq̄ ordines quēadmodū dimicaturi essent: constituūt. Cæterum una maxime difficultas eos perturbabat: qđ ex montis cacumine descensuro in planicie agmini iter esset perangustū: quo uix bini equites ire simul possent: prodirētq̄ ob id in manifestā perniciem ordines primi si in eos impetū hostis feciſſet. Contēdentibus igitur inter sese deinceundo prælio ducibus Ludouico colūnæ duos equestris agēti ordines præire cæteros sorte contigit. Secundū locū Franciscus cum ordinibus quīq̄ ultro sibi delegit: quē Michael cū duobus subsequeretur: Dein cōmuni omniū consilio decretū est: ut hos pone Iacobus caudola sex suos duceret. Post eum Frederi cus matelicensis & Paulus cathæna cū tribus sequerentur. Tartaliani prætera cum ordinibus duobus: quoꝝ tartalia dux superiore biennio ꝑditionis insimulatus: Auersæ ab Sphortia obtruncatus fuerat: Nouissimus omniū Ludouicus Sāctoseuerinas cum duobus equitū ordinibus & peditibus trecētis subsecuturus esset. Aderant pedites reliqui supra mille & trecentos. Hi galeas clipeosq̄ ferētes equestres ordines anteire iussi. Constabāt equestres singuli ordines equitū numero supra ducētos egregiæ equis armisq̄ ornatos. Quæ cum intellexisset Bracius: posteaq̄ suos ad futurā pugnā instruxit illoꝝ animos oratione cōfirmat: scire se hostes numero superiores esse: sed uirtute longe inferiores: collectitiū & inualidū exercitū & male inter sese consentientē. Proinde omnes ut bono essent animo: hortari: certamq̄ uictoriam polliceri: & ob id tabulas ad patentes sui tabernaculi columnas affigi iubet: in quibus erant descripta omniū sui exercitus militū nomina: ut numerus omnibus innotesceret. Quin quo magis hostes contēnere uideretur mittit in ipsoꝝ castra cum litteris tubicinē: quibus duces omnes & hortabatur: & prouocabat in prælium: addebatq̄: per se eis licere: sine ulla prorsus uel molestia uel īpedimento & montē ascendere & ex eo in æquū campum descendere. Idq̄ iureiurādo inuiolatū fore affirmabat. Quibus auditis cum a cunctis silentiū seruaretur: Franciscus Sphor. ad Piccol passum legatū cōuersus: Si iusseris pater inquit: posteaq̄ nemo respondere audet: ipse ut luuenis respondebo. Responde igitur ait ille subridens. Tum Franciscus conuersis ad tubicinē oculis. Dic inquit: Bracio: nos pro uoluntate nostra ī eū uel inuitū & in suā quidē rem malam uenturos. Itaq̄ postridie eius diei ut erat ante cōstitutū: ubi illuxit: duces instructa acie collocatisq̄ inter postremum agmen impedimētis montē subeunt: nullo in eos ab hoste impetu facto: Quo exsententia occupato liber inde prospectus in hostilia castra dabatur. Illic bracianū exercitū in acie stantē conspicere omnibus licebat. Cœpere ad montis radices omnes quidē pedibus descendere: Nam propter callis angustias rupesq̄ præruptas equo descendere coacti sunt: ob eamq̄ rē eos qui primi descendissent: fama est: turbatos non mediocriter trepidasse. At Bracius siue quod iureiurando per litteras ut docuimus: se obstrinxerat: liberam hostibus in planicie descendendi potestatē fore: siue quod tanta animi uis & spes certa uincendi in eo esset: suos intra acie tandiu continuit: donec hostes in apertū campū omnes descendisse uidit. Nam cū in eos qui primi descēdissent: impetū facere a suis admoneret: lactabundus respondisse fertur: se propterea liberū illis descensum præbuisse: quo nemo ex pugna euaderet: cū tot ex hostibus equos penes se quasi ad præsepiū deligatos habere uideret quot in planicie pueniſſent. Iā plærīq̄ ordines planiciem tenebant: & reliqui per decliuū subsequebāt: cū multos ex his Frāciscus timore

territos uidit. Hos certa uincēdi ratione adhortatur: ut forti animo: sint: uictoriæq; præmia cōmemorat. Item contra si terga hostibus uerterint: omnia uictis impedita: nullum fore uspiam tutum locum cōmemorat. Proinse ducem & militē sequerētur: suo exemplo rē sternue gererēt: & quāta semper Sphortianis in prælio fuerit animi uirtus meminerint. Hoꝝ ubi cōfirmatos in pugnā animos uidit: instructa cōfertaq; acie in hostem pergit. Idē faciūt reliqui. Iusserant enim ecclesiastici duces: quo expeditius cum hoste manus cōsererēt: ut omnes cū primum uenissēt in æquum campum exudo palustriq; solo iam facto ita ut equos ægre sustineret: in aridum unde sibi parū ab hoste timerēt: celeriter progrederētur: Quod a Braciano milite uidetur illis fuisse sine cōtrouersia permissum. Primus igit̄ omniū Ludouicus colomna ut erat ante cōstitutū: cursu alacri hostē inuadit. Huic contra Vrsinus fit obuius: quē mox subsequitur Petrus Iohānespaulus: qui ad resistendum paratus aderat: hostemq; repellit. Hūc Sphortiana cohors magno excepit impetu. Itaq; collatis signis ad secūdū ab urbe Aquila lapidē maximis utrinq; uiribus ac exæstuantibus animoꝝ ardoribus pugna cōseri cœpta est: & nō minus ipsi duces quā milites sese inter pugnātes inferunt. Inter fortissime dimicātes Leo Sportia Frācisci germanus frater adolescens pugnādi auidus prolapsus hasta humi prosternit̄. Is dum rursus equū conscēdere innitit̄: ab hostili turma circūuētus capitur moxq; in proximū municipiū custodiēdus perducit̄. At Franciscus id conspicatus maiore in hostes ira incēditur: manuq; ex suorum robore celeriter facta: qui ob recens Sphortiæ funus omnes uno ordine nigrātibus cristis lugubribusq; equoꝝ faleris ornati ꝓdierant: rursus dimicātē e conspectu hostē impetit: acerrimeq; pugnā lacessit. Aderant inter primos eius lateri cōmilitones Catabriga: Flascus Manus barrilis Neapolitanus: Pellinus: Gerardus: Sanctiparētes: quē supra noīauimus: & Betutius cortesius cotignolani: Angelus Asculanus: Cæsar martinēgus: & Reinaldus bulgarellus. Hi nunc hostes enixe repellūt: ꝑmūtque. Nunc & ipsi item repellunt̄: & premuntur: Nā cōtra a Bracio duce immissi comes populi: Malatesta Antonellus Senēsis: castellanus: & Aquaspartanus magno equitū numero stipati ꝑtinacissimis animis eoꝝ impetū fortiter & sustinebāt: & reprimebāt. Ab iis Martinēgus in terrā deiectus interci pitur. Subeūt alii ex Sphortiana iuuētute: Michaele attendulo duce: pugnāque acrius conserūt: qui dum hostes enixius primo impetu agunt: Senensis multitudine circūseptus compræhendit̄. Lex erat utrinq; forte dimicantibus data: eaq; uincendi studio seruabatur: ut quisq; perturbare cōficereq; hostē nō aūt capere conaret̄: nōdum inclinata aduersarioꝝ acie: ne in quærenda seruādaq; præda & pugnādi tēpus amitteret̄: & acies milite nudaret̄. At Bracius ubi uidet suos urgeri: magnā equitatus partē quæ nūdū se prælioīmiscuerat: una immittit in hostes: ut suis defatigatis & uulneribus pœne confectis subsidio sit: præliumq; instauret. Hoꝝ ductores erant Nicolaus pisanus: Paulus piscius: Boldrinus: Lucas aretinus cū Trouarello: Iohānes burgensis: Teuerucius: Philippus dalmata Petrus testa: & duo ex prouincia narbonēsi quos diximus qui suis cum ordinibus magnis uiribus inpugnātes Sphortianos ferunt̄: eosq; paulū loco submouēt. Sed illis postea fortissime resistentibus pugna atrox cōseritur. Quare fessis lōgo desissimoq; certamine numeroq; pressis Sphortianis: Iacobus caudola cū omni suo equitatu opem ferēs: in bracianos magno irruit impetu. Auget̄ hinc atq; inde pugnātiū numerus: exasperatus: erudescitq; mutuis uulneribus pugna: Iamq; Bratiani uicoacti paulatim cædere uidebātur: cū Bracius qui omnia ingēti animo & circūspeciebat: & prouidebat: pugnātes suos adhortatus ut paulū uim hostium sustinerent: donec socii eis auxilio adessent: continuo Brandolinum cathamellatam: Ianutium & Agamēnonē cum ordinibus octo apprime ad conserendum prælium instructis: ac magnum insuper peditum nu

merum prælium ſubire imperat: quos uelut præcipuam arcem & præſidiū ad hunc uſum ſeruauerat. Cum his ultimo conatu experiri omnino pugnæ fortuna cōſtituit. Exiſtimás illos uirtute ac numero hoſtes loco pelli & in fugá tandē compelli poſſe. Certat igit uniuerſis copiis ſummo cū uitæ periculo. Vtrinq; uulnera utrinq; cædes inferunt: nec uno ſed pluribus locis uno tēpore prælia committuntur. Hac fugiunt. illac premunt. clamoribus ſonituq; tubarum omnia reſonant: omnia fremunt. perſtrepūtque. Inter ſpē & metū omnia tumultuātur. Idem eodē fere momēto núc uictores núc uicti uident. Ná cum omnes undique coiiſſent ordines: tum demū ītermixti inter ſeſe equites peditesque uulnera cædesque īnumerabiles edebāt. Fit magna præcipue equoꝝ ſtrages. Planicies tota cruore cadaueribuſque fœdabat. Aquaſpartáus inter alios haſta tráſſixus cadit. Tú Bracius maioꝝ ſuoꝝ parte rurſus coacta magnoq; adnixus conatu in eccleſiaſtica caudolanaque ſigna impetū facit: ac inter primos Philippus Dalmata & ſigna & īperatorē audaciſſime impetit: atq; proſternit: Quibus ſic humi pſtratis: ac ſummo ubiq; inter hoſtes læticiæ clamoꝝ ſublato uictores iá ſeſe Braciani arbitrabātur: Quod conſpicatus Nicolaus picininus e mōtis ſupercilio: ubi aduerſus Aquilanū populū uti demonſtratū é a Bracio ſtare iuſſus erat pdæ ut ferē cupiditate allectus ad diripiēda hoſtiū impedimēta: quæ paulatī e mōte in planū deſcendebāt: relicta in monte peditatus parte: cū reliqs cōuolat. Quod ubi Aquilani aſaduertunt: haud ſibi amplius euentū pugnæ expectādū rati: facto repēte agmine: uniuerſi erūpunt. Quos in monte piciniuus pſidio reliquerat: paruo labore loco deturbāt: & in Bracianas cohortes delati magnos & inſperatos excitāt tumultus. Interim Frāciſcus & Michael cognito in quāto cōis omniū ſalus diſcrimine uerſaretur: cū iá eccleſiaſtica acies inclinari pelliq; cœpiſſet: ad ſuos cōuerſi: quod ī tāto tumultu uox exaudiri nō poterat: manu enſeq; ſignificātes ſuos cōtrahunt: globoq; ex iis facto pugnam inſtaurāt: acerrimā. Frāciſcū caſſide nigrātibus criſtis tripliciq; inſurgenti ordine conſpicuū omnes pro regio ſigno aſpicientes: quocunq; ſe ſe inferebat: ardētiſſimis animis ducē ſequebāt. Is enim q̄ in pte ſe īmiſcebat: ibi cōfertiſſima acie res gerebat. Ibi ueræ uirtutis argumēta laudeſque bellicas pulcherrime ſpectare licebat. Quare Brādolinus q inter Bracianos ſine cōtrouerſia nulli erat uirtute ſecūdus: cū is quocūq; iſſet: ſibi fieret obuius: admiratus uiri uirtutē. & qs inqt: hic é nigrāti īſignīq; ornatus criſta qui tá infeſtus ante omnes cruēto mucrone dimicat: quiq; nulla hodie pte oculis meis eripitur? Cui reſpōſū cū eſſet: Frāciſcū Sphortiá eū eſſe. Nimirū ait: hic Sphortiæ filiū ſe oſtēdit. Cū uaria fortūa iam horis amplius octo collatis ſignis pugnatū eſſet: eo res deducta é ut ſtātibus e cōſpectu duobus infeſtis exercitibus: ita ut mutuo ſe omnes uno proſpectu cōſpicerēt: eo ſpatio quod ad lapidis iactū inter utraſq; acies ītercedebat: nō magno militū numero dimicaret: & núc hi curſū ī hoſtes inirēt: núc ad ſuos repulſi recurſum redintegrarēt: & núc illi idem facerēt. tādē ſeu ducē militūq; prudētia & uirtute ſeu diuino cōſilio effectum eſt: ut uno tēpore unoq; momēto uniuerſa eccleſiaſtica manus īgenti undiq; ſublato clamore: cōfertiſſima acie moueretur: ac ferretur in hoſtem: Nec poſthac quiſquá prius fieri ſolebat: hoſtibus terga uerteret. Hunc tātū braciani impetū ægre ſuſtinere cœpērūt Tum Pellinus cotignolanus ingēti animo uir & manu promptus medios p hoſtes inter ferro apiens ad braciana penetrat ſigna: eaq; mox audaciſſime humi pſtrata deuoluit. Hūc Ludouicus Sāctoſeuerinas: Paulus cathæna: & Fredericus mathelicēſis q ſuos adhuc ītegris uiribus acie. cōtinuerāt: ſecuti hoſtes acriter pturbat: eoq; īgruētibus undiq; aliis repellūt: ſternūtq; paſſim magna cæde. Inclinata igit re braciani territi animo dficiūt: & loco cedere icipiūt. Tú demū Bracius ſe erraſſe aſaduertit: q; minus æquo iudicio hoſtiū uirtutē dimētus eēt: ab contēpto hoſte in pīrata ſibi cladem inferri

clara uoce obtestatus. Quare disperata suoꝝ salute omnē spē in fugæ auxi
liū posuit: ac in proxima suæ dicionis oppida ꝓperare cōtēdit. Viderat eū
in fugā equū intēdēte Frāciscus: q ex quo pugnari cœptū é: uigilātissimis
eūdem oculis assidue obseruabat. Ea igit re prespecta: suis q proximi essent
ut se sequātur: iubet. Factoq agmine obuios quosq iam ꝑterritos: ꝑterit:
uulnerat: equos uirosque ꝑsternit. Vi uiā aperit & uertēte iam terga Braciū
q ne agnosceret: galeā abiecerat: celer īseqt. Erat. n. Bracii galea serico tecta
purpureo & argēteo torque īsignis: quē eminētiores argēteæ pilæ ornabāt.
Cum ita Frāciscus ꝑ innumerabilia occurrētiū uulnera Braciū insequeret:
effectū est: ut ille fugiēs: ab expedito & audacissimo Sphortiāo eqte. cui ful
ginato erat cognome: sæpiusq ut sese deberet: Frāciscique fidei ꝑmitteret
admonitus nihilque respōdēs: in occiput lœtali uulnere ꝑcuteret: & ita re
pēte uir bellicosissimus eo uulnere accepto cēps in terrā corruit. At bra
cianus exercitus qui iam inclinari & in fugam uerti cœperat: audito ducis
casu: tum demū quaqua uersū fūditur: ꝑfligaturq & q in parte sors se ob
tulerat: quisq fugæ se mandet. Itaq cæsoꝝ captiuorūq magnus numerus
fuit Castra deinde diripiunt. In prædā omnia uertunt. Braciana signa Flac
cus ad Franciscū refert. Pauci Braciani noctis beneficio: quæ instabat. ꝑ fu
gam in ꝓxima municipia atq oppida euasere. Quoꝝ in numero fuere Ni
colaus piciminus Nicolaus fortebracius Stellæ Bracii sororis filius: unde
Stellæ cognomē accepit: qui in otriculū municipū sese receperūt. Comes
aūt populi in oppidū qđ populū uocāt suæ dicionis: & Petrusiohānespau
lus omniū postremus Sicilianū proximū municipiū ægre cōfugerūt. Interī
Leo Sphortia q ut supra dictū est: initio pugnæ captus fuerat: manumissus
ad suos rediit. ꝑse Bracius semianimis clipeo in castra referē: & quanq eū
amicis mitissimisq uerbis Frāciscus ad respōdēdū: omni adhibita medico
rū ope adhortari nō desistebat: Ille tamē nullū seu grauāte uulnere seu in
dignate aīo uerbū emisit. Die postero ad uesperā expirauit. Miserāt paucis
ante diebus in castra ad Braciū Florētini Neriū Caponē Gini filiū cū sex
& sexaginta aureū nummū millibus legatū: qui eū stipēdii iure quo Floren
tino populo obstringebat: subactis aut solutis obsidione Aquilanis ī Flami
niā cū exercitu aduersus Philippū traduceret: Nā acepta sūpioꝝ āno Carolo
Malatesta duce apud Zagonariā Flaminiæ uicū ingēti clade magno Philip
pi metu tenebātur: Braciuq ob id illius uiribus opponere statuerāt. At Bra
cius q ut supra ostendimus: tātos sibi spiritus sumpserat. & tāta dominādi
cupidine flagrabat: ut nō modo Aquilanos in dicionē suam redigere posse
putaret: sed ad ipsam etiam occupādam urbem Romam Neapolitanumque
deinde regnū īuadēdū: sublato maxime e uiuis Sphortia: animū mentēque
uertisset: iamq minitabūdus insolētissime Martino pōtifici renūciari ius
serat: te illum eo redactuꝝ: ut ꝑ denario missas centū celebrare cogeretur:
ita legato respōderat. se nisi deuicta ea q obsideret: Vrbe Aquila: qua breui
se potituꝝ sperabat nunq loco discessuꝝ. Quare auꝝ paganicæ municipii
castris proximi Bracii legatiq iussu seruabat. Quod ubi Iacobus & Francis
cus poit pugnā cognouerūt: municipiū milite circūsederi imperāt. Huc p
nocte Nicolaus Piciminus cū eo q prælio superfuerat: equitatu se cōtulerat
quo cū pacti sunt: ut pecuniæ pars illius esset: Pars uictoribus daret: Ipsi ue
ro picinino cū suis incolūi abire liceret. Pecuniā iter sese duces partiti sunt
Struxerat interim caudola Picinino insidias: ut ex itinere neglecta fide data
& auro illū & bonis cæteris exueret. Quod cū persensisset Frāciscus: indigna
tus: nequaq id se passuꝝ dicit: ꝑin armari sui equitatus partē iubet: & Pici
nino tādiu præsidio fore: donec tutū in locū ꝑueniisset. Hac tāta uictoria
parta: eiusq ꝑ loca finitima uelociter rumore plato: nō modo Aqlani obsi
dione & imminētissimo periculo: & Martinus pōtifex item & Ioānna Regi
na maximo metu liberati sunt: sed uniuersa etiam oppida atq urbes: quas

in piceno agro in Vmbris atq; æthruſcis Bracius obtinuerat: rebellione concitata in priſtinā pōtificis eccleſiæq; Romanæ fidē rediere. Hæc ubi primū pugna quæ ſane acerrima & cruētiſſima fuit: & qualē noſtra memoria paucis ſocis uidere contigit: Romæ nūciata eſt: Martinus pontifex tāta animi lætitia affectus eſt: ut incredibile dictu ſit cumq; ēt in argumētū publicæ læticiæ p omnia tēpla ubiq; æra perſonaſſent: tāta fuit exultātis multitudinis uociferatio atque tumultus: ut uix plærūq; ſonitus ille ingens audiretur. Exactata poſt hæc omniū lætitia: decreta eſt ab eo tridui p urbē ſupplicatō ut fauſtæ rei fautori in primis deo honores ac laudes haberētur: cui ipſe gratias ingētes agere non ceſſabat: eo. n. ipſo die quo dimicādū erat: eucariſtiæ ſacrificiū celebranti ſibi deūq; optimū maximū multis lachrymis orāti. ut ſe eccleſiamq; eius a Tyranni & hominis inſolētiſimi manu liberaret q; piētiſſime orauerat: ex ſententia euenit. Poſthæc Bracii corpus Pontificis iuſſu Romā delatū eſt: cūq; poſtea in id multis execrationibus deſæuiſſet: q; infeſtus eccleſiæ inſpectator & in ea pugnacia extinctus eſſet: ꝓfano ſolo cōditū fertur. His rebus feliciſſime geſtis: Frāciſcus Romā a Martino accerſit: a quo paterno quodā affectu exceptus eſt: quippe q; inter loquēdū dilectus ſuus eccleſiæq; almæ filius ab eo ſæpius appellatus ſit. Cumq; eum multis laudibus extuliſſet: plurimiſq; benedictionibus ꝓſecutus eſſet: Vade tandē inq; t: dilecte nobis fili: & de nobis in chriſto Ieſu tibi omnia poſſi cere. Interim ſoluto ad Aqlam eccleſiaſtico exercitu: Michael cū Sphortia na manu ī agr Romanū ꝓfectus: nō ꝓcul urbe cōſedit. Dein Frāciſcus a Pōtifice aduerſus Corradū trincium mittit: qui cū Fulginatibus imperaret: Bracianarū partium factus: eccleſiæ rebus ſemp infeſtus fuerat. Quo cū per ueniſſet: Fulginatiū primum agros paſſim populatus: multa nō tam municipia q; oppida partim p uolūtariā deditionē in poteſtatem redegit: partim per uim metūq; cepit. Dein urbi caſtra admouit: quare Corradus omni ſpe auxilii deſtitutus ad has cum Frāciſco cōditiones deuenit: ut Pōtifici eccleſiæq; Romanæ deiceps pareret: & quas pōtifex leges daturus eſſet: acciperet Quibus cōfectis rebus: Michael cū eq tatus parte ei a Frāciſco cōcella a Martino conductus ī Romanū agrum hyematum ꝓficiſcit. Frāciſcus uero ī oppidū Aquāpēdētē a parte Sphortia iandiu poſſeſſū ſe cōtulit. Ibi p ꝓxima oppida milite diſtributo hybernādum ſibi ſtatuit.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER SECVNDVS.

DVm per otium in Aquapendente Franciscus agit: & ſtipēdii tempus quo Martino pontifici Philippoq; duci obſtringebat effluit & hyems prope cōſumitur. Interim & a Philippo ipſo & a Florētinis q; inter ſeſe nō minus armis q; mutuis odiis de rei ſumma certabāt. mittunt: ad eū legati: quo illū magnis cōditionibus ꝓpoſitis quiſq; ſuæ partis facere cōarent. Sed Frāciſcus qui ſtipendii negociū ī diem ducere ſtatuerat: quo melius rebus ſuis cōſuleret: nulli ſe certo fœdere aſciſci: nemini tamē cōducēti ſui ſpē adimit Omnes accōmodata quadā oratione deſtinet. Florētini interea Bracianos milites q; ex Aquilana clade ſupfuerāt: bonis denudatos fere omnibus uagātes: Oddone Bracii filio & Nicolao picinino ducibus: cōducere: datāq; ad tum pecunia: equis armiſq; reſarcire atq; ornare nō deſiſtūt. Deinde coacto undiq; haud exiguo equitū ac peditū numero duces iidē ex æthruſcis mouēt: ī Flaminiā ut iuſſi erāt: ꝓfecturi aduerſus Guidonē Antoniū Māfredū fauētinis iperātē & Philippi tūc partes ſequētē. Iamq; ſuperato Apēnini iugo i Amonis uallē puenerāt. cū p arctiora mōtis loca ab ingenti agreſtium

multitudine preſſi ꝓfligant: Oddo a multis circũuẽtus ĩterficit. Nicolaus cũ Frãciſco filio capit: Fauẽtiãq; ꝺducit: pater ĩ uincula ab Guidone cõiici tur: Filius Mediolanum ad Philippum ꝓducit. nõ abeſt tamẽ ſuſpicio: quin Nicolaus rei & gloriæ cupidus ut ſolus bracianoꝝ omnium q poſt Bracii ĩ teritum ueluti e naufragio cõuenerãt: ductor euaderet: perfidia & fraude Oddonis cædi cauſã præbuerit. Dum Picininus carcere retineꝫ: Guidoni p ſuadet: ut relicto Philippo florẽtinas partes multis ꝓpoſitis præmiis ſeque reꝫ: qbus ille facile adductus utq; etiã florẽtinoꝝ beiuolentiã q dictoni ſuæ eſſẽt finitimi: benefitio ſibi cõciliaret ad eos deſciſcit: Nicolaũq; ĩ libertatẽ reſtituit. Cæterũ eo anno q uigeſimis quĩtus ad quadringẽteſimũ & mille ſimũ a Natali ĩ chriſtiãd numeraꝫ: Blanca Maria pridie Kalẽdas Apriles in Septimo Ticinẽſi municipio nata eſt: Quo etiã tẽpore Frãciſcus cremagno la uir ĩgentis ſpiritus reiq; militaris ſcientiſimus: & quo duce multa Philip po feciliter ſucceſſerãt: cũ ægre impatiẽte: q; ferẽt: Guidoné Taurellũ ĩ præ fectura claſſis ut docuimus: prælatũ ſibi a Philippo fuiſſe: nec minus paulo poſt reuocato ſibi ab genuenſi ꝓcuratiõe Iacobũ Iſſolanũ Cardinalẽ bono niẽſem ſucceſſiſſe: cumq; ẽt ad hæc cerneret: ſuos apud Philippũ obtrectato res gratia & auctoritate plurimũ ualeꝫ: ſeq; quottidie magis atq; magis deſ pectũ iri: nouiſſime uero illius cõſpectũ adiꝫ ꝓhibitũ ĩdignatione cõmotus Mediolano exceſſit: & ĩ ſua oppida quæ ĩ tráſpadanis poſſidebat: ſe recepit unde paucis diebus dum principũ populariũq; animos explorat: conſumptis a Venetis ſtipẽdio cõductus: ꝑ Taurinẽſes perq; Allobrogas quos nũc ſab baudiẽſes dicũt: Alpes tráſgreſſus & ꝑ germanos iter faciẽs: ĩ Venetoꝝ fines peruenit: ac terreſtri exercitui nõ multo poſt præficiꝫ: Iam ꝓpe uer tráſie rat: cũ tãdẽ Frãciſcus Sphortia poſt multas magnaſque a Nerio capone Flo rẽtinoꝝ legato cõditiones ꝓpoſitas ad Philippi partes animũ deflexit. Itaq; Martino põtifice & Iohanna regina nõ annuẽtibus modo ſed magnope et adhortãtibus ita cũ Philippo de militia ſtipẽdioq; cõuenit. Vt eqtes ſupra mille & qngẽtos pedites trecẽtos deſtinata mercede aleret quẽ qdẽ militũ numeꝝ & ſi Florẽtini ſe duplicaturos maioréq; pecuniã daturos illi ſæpius polliceren: tamẽ ea omnia prætermittẽda ſibi duxit: quo Philippi animũ cuius amicitiã parare maxime cupiebat: ea oblata occaſione: magis cõcilia ret. Ineunte igĩt æſtate Maffeo muzano Laudẽſi ĩ primis legato aliiſq; Phi lippi nũciis maxime inſtãtibus: repſenta ta militibus pecunia: ex hybernis educit: pauciſq; diebus ornato ex ſentẽtia milite atq; i ordines ducẽ coacto ex æthruſcoꝝ finibus mouet: & ꝑ umbros picẽteſque iuſtis itineribus ĩ Ha miniã ꝓfectus primo aduẽtu cæteris Philippi copiis: quæ ĩ ea regione erãt: ſibi additis ĩ fauẽtinũ agꝝ irrumpit. Dein caſtra ad ipſa urbis mœnia locat Tuebat ĩtus Guidoné ac ciues Nicolaus picininus magno militũ roboꝛ: quę Florẽtini eo paulo ante cũ ꝓſidio miſerãt. Fiebãt crebræ ob id ĩ caſtra erup tiones: obſeſſiſque ĩtra munitiões cõfeſtim repulſis ꝑ urbis portis acriter dimicabaꝫ. Frãciſcus tẽpus fruſtra cõſumeꝫ dolẽs: diffiſus urbẽ ualido defẽ ſam ꝓſidio obtineri poſſe: obſidioné ſoluit: exercitúq; Immolã reduxit. un de tamẽ nõ deſiſtebat ſauẽtinos quottidianis ꝓpe ĩcurſionibus ĩfeſtar: Poſt hæc a Philippo accerſitus circa Idus Auguſtas Mediolanũ petit: ubi ab eo honorifice ꝓbenigneq; exceptus multis magnisq; muneribus ornat. Eũ cer te Philippus unice & diligere: & amare pinde ac filiũ uiſus ẽ: quippe quem & magnis laudibus extolleꝫ: & maxima de eo ꝓſagiꝫ: coráq; ꝑdicaꝫ expleri nõ poterat. Admirabaꝫ. n. magis atq; magis quottidie tũ illius prudentiã ac cũdiã egregioſq; mores: tũ formæ præſtantiã uultus geſtuſq; dignitatẽ cõte plãs. Quaꝫ dũ Mediolani Frãciſcus immoratꝫ: uiros qdẽ ꝓtates ſibiq; cariſ ſimos illi comites adiuit: q omnibus eũ obſequiis ꝓſequerẽt. Poſtea aduẽ tãte hyeme: eũ ad ſuos in Flaminiã remiſit: ut inde in ciſalpinã Gallia redi ens ſuas in brixianũ agꝝ copias: ubi ei ſtatiua cõſtituerat: traduceret. Sub

idem quoque tempus Picininus a Florētinis e Flaminia reuocatus: Iæthuriā aduersus Philippi copias quibus Guido Taurellus dux præerat: in aretinorꝝ fines cū omnibus suis copiis hyematū mittit. Is rerꝝ nouarꝝ cupidus: quo se maiore bracianorꝝ militū numero auctū uidet: eo maiore studio augēti sui flagrabat: tāta. n. habēti cupido incesserat: ut nihil esset tam arduū aut periculosū: ꝙ & animo & uiribus aggredi nō auderet. Itaq; q̄maximū pōt militū numerꝝ undiq; cōtrahit: quos uel pecunia cōduxerat: uel pollicitatiōibus pellexerat. Postea uero de occupāda Corthona Florētinorꝝ urbe aretioq; ꝓpinqua ꝑ ꝓditionē agere cœpit. Iamq; omnibus ad capiēdā urbē paratis milites nō nulli ꝑ noctē introducunt: Sed re ꝓdita ad prætoréq; delata cōfestim qui ingressi erāt ꝑ muros coacti fuga sese eiecerūt: & ciues facinoris cōscii capti admissi criminis pœnas mox dedere. Ipse uero Picininus spe potiundæ urbis destitutus in agrū perusinū discessit: unde missis ad philippū de stipēdio nunciis obtinuit: ut ab eo nulla cunctatione maioribus ēt rerū militariū cōdicionibus q̄ ipse petisset: cōduceret. Quare Picininus ꝑ Flaminiā iter faciēs in lōgobardiā ad Philippū proficiscit. Cæterꝝ Florētini hanc tātā Picinini ꝑfidiā grauiter ferētes: cū ī eū aīaduertere nō possēt: ꝑ summū dedecus illū decreto publico pede suspēsū ꝙ apud eos more maiorum grauissimū notæ genus ē patēti loco depingi iusserūt. Dum hæc ī Flaminia Thusciaq; gerunt: Florētini qbus ꝑ superiora tēpora ingēti & assidua ꝓpe cū familia uicicomitū bella fuerāt: Philippi potētiā maxime perhorrebat: Nam adeo terra mariq; opibus creuerat: ut regna illi pro libidine aliis adimer aliis elargiri liceret. Flaminiā pœne totā occuparat: ubi magnas copias eo cōsilio alere putabat: ꝑ eā regionē uiā sibi ī æthruriā aperiret: Quas ob resū ad resistēdū modo potētissimo hosti sed ad opugnādū omnia cōsilia cogitationesq; cōuertūt. Alphōsū regē quē ei sciebāt infēsū: ꝙ eū in Neapolitano regno ꝑturbasset: ut mari cōmuni hosti bellū inferret: sollicitant Ad uenetos præterea mittūt rogatū auxiliū: q & si nimiā Philippi felicitatē plurimū oderāt: tamē qa cū eo pace cōuenerāt: erātq; societatis fœderibus cōiūcti ī qnquēniū neq; odio neq; metu exagitati facile qescebant: qꝑpe q mallēt: belli euētū expectare alienamq; fortunā in cōsilio hr̄eq̄ armis philippū lacesser: hostēq; sibi redder. Florētini tū multos ꝑ Italiā tyrānos qbus Phi. terrori eēt: sibi asciscūt. sed quoniā īminētibus in dies grauius ꝑiculis terrebāt mari etiā hostē uexare cōstituūt. Triremes regias Petro īfante duce stipēdio cōducūt: additisq; ꝑpaucis quas Pisi ꝑauerāt triū & uigti lōgarū nauiū classem cogunt: adhortatiq; Tomam fregosum q quatriēnio ante Genuam per studia ciuiū cū arce Philippo tradiderat: unde & Serezana & plærisq; aliis in agro lunēsi oppidis donatus fuerat: ut patriā ab illius iugo liberaret: plurimorꝝ insuper ciuium animos multis pollicitationibus ad uendicādā sibi libertatē cōpulerūt. Itaq; ꝑsuasus Thomas mari & Baptista eius frater terra: Iohāne Ludouico flisco adiutore: oriētalē genuēsiū orā magno tumultu īuoluer cœperūt. At Philippus cōtra Genuæ cōfestim armari classem imperat: quæ quo celerius instrueret: tpse accolas Pado flumine Banaco lario & uerbano lacubus exercitatos ī supplemētū remigū ex lōgobardia mittit: magno præterea delectu habito ad quinq; peditū milia & trecentos equites Nicolao tertio parmēsis Othonis filio duce cui Guerrerio cognomē fuit: ꝑ Placentinorꝝ fines aduersus fregosos fliscosq; in ligures ascendere iubet. Nondū ornata classis erat: quæ ex triremibus duo de uiginti constabat: cū Nicolaus cū copiis aduētare cœpit: occupatisq; finitimis mōtibus Segestæ īminebat. Deinde cū patiēti cāpo aciem instruxisset: nō detrectauer hostes certamē. Cōmissum est præliū equestre primū: & cū utrinq; acriter pugnatū esset: tāndē incerta uictoria discessum est. postridie eius diei cum Guerrerius suas copias rursus ī aciem produxisset: tum demum manifesta trepidationis signa ædidere: Nā uixdū philippiani hostē conspexerat: cum

rumore perlato: Fliſcũ cũ lecta quam ex Taro pontremuloq; acceperat: iuuẽ tute e montibus deſcendeſ: In fugam uerſi per inuia quæq; præcipites fere bantur: quos fugientes niſi clauaq; oppidũ excepiſſet: perpauci admodum euaſiſſent: magnus tamen eoq; numerus inſequentibus hoſtibus captus eſt in quibus Iacobus Ieſſus brixienſis & plæriq; alii ex primoribus uiri fuere. Sed non multo poſt ornatus Genuæ triremibus: quibus duæ onerariæ naues additæ ſunt: placuit urbis præſidi in ipſis genuẽſis portus faucibus paratá claſſem teneri: nequis ĩtra urbem forte tumultus: ubi iam diuerſa animoq; ſtudia exarſerãt: excitaref. Et quanq; aliquãdo hoſtilis claſſis pugnandi poteſtatem faciebat: tamen Philippiani præfecti qbus ſatis eo tempoſ & urbem a repentinis motibus: qbus animoq; mobilitas obnoxiã faciebat. & claſſem ĩcolumen ſeruare uidebaſ: nauali prælio omnino abſtinendũ cenſuerũt. Florentini ubi mari nequicq; ꝓficeſ cognouerũt: gottholanaſq; triremes nil aliud pateſ niſi inexplebilẽ quãdã pecuniaq; uoraginem: dimiſſa claſſe ad alia ſuæ libertatis tuendæ cõſilia uerſi mari ceſſere. Itaq; feſta bello: multis acceptis detrimentis & uiribus ꝓpe diffiſſa florẽtina ciuitas: ſecũ dã ad uenetos legationem decreuit: quæ & ſocietaté offerret: & opem aduerſus Philippũ peteret. Legati cũ res aduerſas & pericula lõga oratione cõmemoraſſet: belliq; ſocietaté oraſſent: & nihil uenetũ ſenatũ mouiſſent. poſt tremo Laurentius redolfus q prudentia gratia & auctoritate ĩ ſuo populo plurimũ poterat: ultro ſe Venetias ꝓfectuq; ſi per ſuá remp. liceret: pollicitus eſt. Cũ hæc ciuis in patriã caritas laudata admodũ eſſet: Laurentius Venetias ꝓfectus ac ĩ Senatũ admiſſus enumeratis cladibus Florentini populi cũ ĩgenti ſui ærarii ĩopia alienatos ab ſe uicinoq; animos omnes edocuiſſet & ob id in q̃ into diſcrimine ciuitatis ſuæ ſalus uerſaref: oſtendiſſet: & negata ſibi rurſus ſocietas uideref: Nouiſſime inq̃t: Superioribus annis Gẽuẽſibus auxiliũ ueſtrum implorãtibus adeſſe noluiſtis. Fecerũt Philippũ Genuenſes dominũ. Nos quãdoqdem a uobis repellimur: illũ regem faciemus. Vos poſtea Imperatorem. Ea uerba cũ indignãtis & præceps cõſiliũ capientis eſſe uiderenſ: flexerũt tãdem Senatoq; animos: fœduſq; aduerſus Philippũ cũ Florentino populo ꝓcuſſum. quæ qdem eo facilius ueneti egere qđ Frãciſcus Cremagnola q nõ multo ante ad eos ut oſtendimus: tráſfugerat: magnã de Philippi nõ bono in eos animo ſuſpitionem iniecerat: celeris uictorie ſpem afferens: ſi bellũ aduerſus illũ ſuſciperef. Quod quanq; Philippus intellexerat: tamẽ adduci nũquã potuit: ut crederet uenetos cũ qbus ꝓpetua in pace uiueret: fœdeſ ét decẽnii icto ad quinquẽnũ durante: nulla præſertim iniuria laceſſitos: arma in eũ ſumpturos. Sed lõge præter eius opinionẽ accidit. Ná ueneti firmata cũ florẽtinis ſocietate cõuerſis ad belli ſtudia omniũ animis quæ ad gerẽdũ bellũ oportere putabãt: clam compararе. Nec Italiæ ſolũ potẽtatus ſed peregrinos quoq; prĩcipes ĩ Philippum cõcitare nõ deſinunt: Interea Brixienſes gelphæ factionis ciues q Philippi dominationẽ impatiẽtes ferebãt: Petro & Achille fratribus aduocatis auctoribus: q & apud populũ & municipes eius factionis gratia & auctoritate plurimũ ualebãt cognita uenetoq; florentinoq; ſocietate Cremagnole in ſuperiora cuius familiaritate & patrocinio apud Philippũ uſi fuerant: Dedita ea urbis parte: ubi gebellini minus poſſunt: ad uenetos deſciſcũt. Ná uetus nouaq; urbiculæ quas hi potiſſimũ inhabitabãt: una cũ ſubiecto ſuburbio & arcibus urbis reliquis in Philippi fide preſtabãt. Rebellio aũt facta eſt noctu ad ſextũdecimũ Kalendas Apriles anno: qui fuit a Natali chriſtiano ſextus ac uigeſimus ſupra quadringẽteſimũ ad milleſimum Copiæ uenetorum perpaucæ ac pedeſtres ea nocte ĩ urbẽ receptæ quas Cremagnola eo ſubmiſerat. Sed aduocati fratres magnã municipiũ manũ ex eadẽ factione quos ciã collegerãt: muro urbis p noctis ſilẽtiũ fracto ad rẽ cõficiẽdã ſecũ adduxerãt: Erat p eos dies Frãciſcus Sphortia Mediolani apud Philippum.

Eius vero milites alii apud montẽclaꝝ alii in proximis urbi municipiis hybernabãt. Hi audita urbis defectione: Brixiá ꝓtinus cõtẽdũt: Atq; eo q̃ insecutus ẽ die ĩ urbiculas excepti sũt: Qui urbẽ ꝓdiderat: mox eius uias doliis terra repletis trabibus atq; cathenis muniebãt: neq; repẽtinus impetus rem urbaná prius ꝓturbaret: q̃ Cremagnola cũ uiribus aduenissẽt. De his rebus Philippus rumoribus primũ: deinde nũciis certior factus: nõ potuit primo auditu nõ cõmoueri: ꝑsertim Oldrado lãpugnano ꝑside: ĩ quo mãgnã urbis ĩ officio retinẽdæ ſpẽ haberet. Sed re postea multis nũciis cõfirmata: arces & urbiculá utrãq; ſuo ꝑsidio teneri: dubiis tripiduſq; eius animus ĩ ſpẽ certá recipiẽdæ urbis reuocat: q; accitis ex Flaminia copiis coactoq; omni ex ꝑte exercitu: perſtãtibus ĩ fide munimẽtis nõ dubitabat amiſſã urbem recuperari poſſe. Proinde Frãciſcũ eo cõfeſtim maturãr iubet: q̃ ĩcredibili celeritãte triduo poſtq̃ urbs defecerat: cũ cæteris ſuis copiis urbiculas ĩgreſſus ẽ: Reliquæ aũt Philippi copiæ partim ĩ Flaminia eo tẽpore: partim in æthruria aduerſus Floretinos agebãt. Nõ multo poſt Cremagnola cũ ualido equitũ ac peditũ ꝑsidio urbẽ quoq; ĩgreditur. Cõſpirarãt ꝑterea eodẽ tẽpore aduerſus Philippũ cũ uẽetis Amideus Sabbaudianoꝝ dux Fluetii & tres Marchiones: Nicolaus æſtẽſis Iohãneſiacobus montiſferrati & Iohãnefranciſcus mãtuanus. Alphõſus uero rex uti oſtẽdimus: una cũ Fliſcis & fregoſis iã res genuẽſes & terra & mari turbabat. in tãtis reꝝ motibus ac difficultatibus ſolus munitiones quæ ĩ fide remãſerãt Frãciſcus aduerſus hoſtes tuebaſ: ſubſidiũ a Philippo expectãs. Interim aſſidue nõ tã diurnis q̃ nocturnis eruptionibus in urbẽ factis: hoſtẽ laceſſeſ cædeſ pabulatores interdũ adorii: interdũ agros urbi ꝓximos populari ferro igniq; uaſtare: nunq̃ qeſcere Cremagnola ſineſ: quẽ ĩ eã ꝓpe deſperationẽ adduxerat: ut neſciret: qd cõſilii caperet q; uideret ſi Frãciſcus maioribus augereſ copiis: neceſſe ſibi fore cũ magno ſuo ſuoꝝq; periculo urbẽ relinquẽr. Quare quoad poterat pugna abſtinebat: eiq; tãtũmodo operi intẽdebat: ut caſtellis e regione portarũ eductis ꝑ catapultas & plũbeas pilulas bombardaꝝq; moles hoſtẽ a frequẽti eruptione coherceret. Interim Philippi exercitus: ſupra quattuor eqtũ millia cũ ex Thuſcia Flaminiaq; ad ferẽdã obſeſſis opẽ ꝓperaret: ad Scutennã ãmnẽ: Panaꝝ uulgo appellãt: puẽit: q̃ bononiá Mutinãq; urbes ĩterfluit: ubi ꝓter ſpẽ trãſitu ꝓhibeſ: Nã uenetoꝝ cauſa: Nicolaus æſtẽſis ita ꝑ ſuos fines egerat ut flumẽ aqs aliunde deducũs auctũ cuſtodiiſq; ex octo circiter armatorũ hominũ millibus circa ripã frequẽter diſpoſitis neq; uado neq; ponte trãſiri poſſet: Quæ res ꝓmagnã Cremagnolæ & miniſtẽdi ſui & hoſtis eruptione ꝓhibẽdi facultatẽ ꝑbuit. Quod cũ animaduertiſſet Philippus: ueritus ne qd Franciſco ꝑ diuturnã obſidionem mali acciderẽt: immiſſo in urbiculas ualido peditũ ꝑſidio: iubet: ut relictis qb⁹ ꝑ eſſet: munitiõibus: in ꝓxima municipia cũ eqtatu ſe reciperet. Frãciſcus dicto paret: tẽpuſq; diſcedendi nactus: ꝑ medias hoſtiũ munitiões poſt quadrageſimũ q̃ eo uenerat: diẽ cũ ſuis omnibus erũpit: atq; uno cõatu ꝑ innumerabilia occurrẽtiũ tela urbe egredit. Hũc Cremagnola quẽ iã captũ in manu hãre uidebat: magno impetu. totis. n. copiis quas ubi ꝑ exploratores d̃ eius diſceſſu cogouit ſecreto ꝑ ciuiũ ædes in armis eẽ iuſſerat: Hac illac circũfuſis cõtẽq; inniterbat: cuius ille cũ ad mõtẽclaꝝ cõcitatis eqs cõtẽderet: ferociá ſæpe coerſus fortiſſime reprimebat: retũdebatq; At poſteaq̃ ad patẽtiſſimã ꝑ planiciẽ montẽclaꝝ uocãt: uẽtũ ẽ. tũ inſtructa acie acerrime dimicãs: ferebaſ in inequẽtium hoſtiũ globos. Sed cum aliquandiu a Sphortianis perpaucis adoleſcente Franciſco eorum duce: cum ingenti prope uenetorũ equitatu ueteranoq; Franciſco Cremagnola fortiſſime pugnatum eſſet: Franciſcus Sphortia animaduertens non poſſe diutius tantarum uirium impetum ſuſtinere: re pugnæ ſenſim expicat: quod haud difficile fuit: cum aduerſarius uictoriæ cõfidens: ſuos ab eo inſequendo continuiſſet: quod plus ipſe quam hoſtis ignominiæ & detrimenti accepiſſet. Quamobrem & huc in montem clarum

ĩcolumis cũ suis se recepit:& ille Brixiã ad oppugnandas urbiculas rediit. Cæterꝝ cu iã maiorẽ æstris ptẽ Philippi duces cũ exercitu apud Scutẽnam cõsũpsissent:data tãdẽ ẽ a Nicolao Philippi rogatu nõ tã põtas q̃ materia secreto faciẽdi ĩ eo flumine põtis:quo clã celeriterq̃ cõfecto:ꝑ noctis silentia ignorãtibus oĩbus flumẽ trãsierũt:quos nec hostes posteaq̃ eos trãsisse ĩtellexerunt:ꝑseq̃ ausi sunt. Interim dies noctesq̃ muri nouæ urbiculæ uariis tormẽtorꝝ machinarꝝq̃ generibus a uenetis quatiebãtur :nec ĩtima Philippi ꝑsidia minore ĩdustria atq̃ uirtute repugnãdo tuebãtur. Sed posteaq̃ Philippi copiæ ex Flaminia in Brixiensem agrũ ꝑuenerũt:& ad secundũ lapidẽ una cũ Frãcisco cõsederũt:ĩclusum hostẽ uariis artibus ĩ pugnã prouocare cœperũt. Aberat ꝑ idẽ Cremagnola tp̃s:q ut ferũt: sibi ab aduenientibus hostibus metuẽs:simulato laterũ dolore:ac demandata Iohãnifrãcisco mãtuano principi exercitus operũq̃ cura:ad balnea apponi cõcesserat. Cæterũ Franciscus Sphortia magno recipiẽdæ urbis Brixiæ:posteaq̃ exercitus aduenisset:studio intentus:quottidie socios hortari:ĩstareq̃ nõ cessabat:ut oĩ cũctatione sublata ꝑ urbiculas urbẽ ĩgressi:hostẽ ĩuaderẽt:priusq̃ a uenetis maiores cogerẽt uires & a Florẽtinis auxilia mitterent:cui ꝑfecto si fuisset obtẽperatũ cõstat oĩum fere iudicio:& Brixiã recupari:& de hostibus celebrẽ uictoriã reportari potuisse. Sed id consilii nemo ĩter exercitus duces excepto Nicolao picinino ꝓbarat. Nã Angelus ꝑgulanus cæteriq̃ ductores Frãcisci gloriæ inuidẽtes uĩci malebãt:q̃ illius uirtute & consilio uideri uicisse. Quibus discordiis factũ est:ut & Cremagnola in meliorẽ spẽ nõ tã sustinendi q̃ cõficiẽdi sucepti belli adductus ex balneis ad exercitũ redierit. & ueneti maiores quottidie copias cõparauerint. Florẽtini quoq̃ oĩ bellico metu in æthruria Flãminiaq̃ liberati:Nicolaũ Tholentinatẽ quẽ hebãt ducem rei militaris sciẽtissimũ : cũ quattuor eq̃tũ & duobus peditũ millibus uenetis auxilio misere. Qui ubi primũ Brixiã uenit:cognita Philippi ducũ disensione maturãdũ esse ad oppugnãdas hostiũ munitiões ratus:ne si forte illi ad sanitatẽ reuersi:idẽ sentirẽt:difficiliora belligerẽdi negocia redderentur:fossã ineundã esse censet:qua trãsitu hostes oĩno ad ferẽdã obsessis opẽ prohiberẽt. Id operis cũ a Cremagnola mirũ ĩ modũ laudaret .magno fossorũ coacto numero:fossã deduci ingentẽ iubet ad q̃nq̃ passuũ millia ĩ longitudinẽ:ĩ latitudinẽ uero ac altitudinẽ pedũ duodecim eãq̃ sũmo studio agere uallo & castellis q̃busdã frequẽtibus muniri. Quo opẽ ꝑfecto :copias ex urbe educit:atq̃ eo qd̃ ĩter urbis mœnia fossãq̃ interiacebat spatio castra locat. Cõstabat uenetorꝝ Florẽtinorũq̃ exercitus ãplius triginta mercede cõductorũ hõinum millibus Philippi ãt ducis ad tria & uiginti. Eq̃tatus erat utrisq̃ pœne par. Sed uenetorũ peditatus multo superior. Dũ hæc ad Brixiã Tholẽtinatis suasu agũt:Frãciscus Sphortia rei gerẽde ꝓ Philippi cõmodo intentus:sæpe aduersarios opẽ occupatos iusta acie adoriri uoluit:sed neminẽ ex sociis ꝑter unũ Nicolaũ picininũ habuit:q secũ sentiret Oẽs aduerso studio eius sententiã ĩpugnare & apud Philippũ acrius ipsum ĩsimulare:qd̃ cũ uenetis clã cõspiraret. Erãt apud Principẽ illũ multi purpurati:quorũ cõsilio & arbitratu negocia oĩa administrabãt:q eũ hortabãtur:ne re tãti momẽti:ne suã suorũq̃ salutẽ unius & luuenis & ꝑegrini consilio uelut aleæ cõmitteret. Cõmemorabãt ꝑterea Brixiã maiores eius amisisse:Ip̃m postea nullo suo ꝑiculo armis recũpasse. De his obtrectatorũ ĩuidẽtiũq̃ calũnis cũ fieret Frãciscus certior:facile a Philippo accepta ẽ ĩsõtis purgatio:eiq̃ deĩde ĩgẽti aĩo dixisse Frãciscũ ferũt. Si Brixiã a Pãdulfo malatesta tyrãno occupatã recepisset:nõdũ tũ ip̃m e uenetorũ manibus tãtam urbẽ eripe didicisse. Dũ his cõsiliis suspiciõibusq̃ a Philippi ducibus tp̃us territ:urbiculæ enixius oppugnãt:& ꝑsidiũ durius laborabat:& tãdẽ dirutis assiduis tormẽtorũ ictibꝰ urbicularũ muris:ꝑfecti rei frumẽtariæ necessitate ꝑssi: deditiõẽ præsidio incolumi ad hostes fecere. Perseuerauit tamẽ in fide plures menses arx. quæ ualidissima in collis sũmitate sita urbi supe

minet. Sed cũ nihil auxilii ab exercitu mitteretur: eadẽq; Antonius landria
nus eius arcis præfectus frumenti inopia coactus: per pactionem hosti arcem
tradidit: post mensem & annũ unũ: quo Brixiensium rebellio ad uenetos fa
cta est Ita nobilissima ciuitas Cænomanoꝝ quondã galloꝝ caput ob ducũ
discordiam ignauiam potius atq; secordiã in uenetoꝝ dicionẽ deuenit. Vn
de tot mala quæ postea uniuersa Cisalpina Gallia multos annos perpessa
est: habuerunt initia: quæ sane ĩnumerabilia pœne ac maxima nr̃a etiã me
moria fuisse satis cõstet. Nã eo quod insecutum est: biennio ut omittamus
ea: quæ postea prouenerunt detrimenta: cum Philippo non tam exercitus
supplementa: quibus tot tantisq; uno eodemq; tempore bellis præsso sibi
maxime opus erat: quã dux deesset magnis prope calamitatibus cõflictatus
est: Edocuerat eũ sæpenumero & litreris & nunciis Franciscus: se plurimũ
uereri: nequid aduersi eius exercitus ob solã ducum discordiã aliquãdo ac
ciperet: cũ nemo ĩter eos adeo excelleret: cuius imperio reliquos parere nõ
puderet. Itaq; Philippũ hortari: & rogare non cessabat: ut aliquem tandem
uirũ uniuersis copiis præficeret: cuius auctoritati cæteri obtemperarent.
Separatum semper: qui omni in re illius pareat iussis. Deligitur ob id a phi
lippo Carolus Malatesta pisauri princeps: quem philippus propter familie
nobilitatem & rei bellicæ quandã opinionem magno amore colebat. Inter
hæc Martini pontificis interuentu de pace agi cœptũ est. Apparebat. n. Phi
lippum Brixia amissa non inuitum pacis fœdera acceptuꝝ. Sed cũ ea quæ
in Brixiensi agro municipia ab illo adhuc retinerentur: per pacis condicio
nes uenetis tradere cogeretur: iratusq; illius in uenetos animus id pati non
posset: quod recuperãdæ aliquãdo per sũmã iniuriã ereptæ urbis facultas
sibi per pacis fœdera adimeretur: de bello magis q̃ de pace cogitandum si
bi duxit. Itaq; q̃ maximis põt copiis exercitum munire cõtendit. Idem faciũt
ueneti: & quo maiore ui auri abundabant: eo maiore studio maioreq; cona
tu sese ad gerendũ bellũ comparant. Exercitũ milite mercede conducto in
gentem undiq; cogunt. Classem præterea ualidam Venetiis edificandã cu
rant: qua flumine pado submissa hostem multis locis fatigarent. Per idem
quoq; tempus cũ Genua uariis exulũ molestiis terra mariq; : Alphonso &
Florentinis fautoribus: assidue quateretur. Philippus ad iungendam cũ Al
phonso pacem consilia uertit: nec regis animus experti quantũ rebus suis ĩ
Philippo momenti esset: a pace abhorrebat. Legationibus ultro citroq; mis
sis: pax facta. In fœdere promisit Philippus Caluũ & Bonifaciũ Corsicæ op
pida Regi traditurũ. Quod cũ inuitis Genuensibus præstare nõ posset: arx
interim lunensis portus quem ueneris dicunt & Ilicensis Alphonso tradũ
tur. donec promissa a Philippo perficerentur quæ Philippi sumptu regio
præsidio tenerẽtur. His cõdicionibus cũ redintegrata inter eos amicicia es
set: pacata maria & tuta genuensibus undiq; nauigatio fuit præter quam a
Florentinis: qui aliquãdo Myoparonibus & perpaucis triremibus prædonũ
non belligerãtium more onerariis minoribus nauigiis insidiabantur. Sed
tandẽ captis triremibus cum ipsis ducibus maritimo bello abstinuere. Ineũ
te quæ insecuta est: æstate Philippi duces: eductis ex hybernis atq; unum in
locum collatis copiis: Brixiã omni fere ex parte adeo infestius præmere cœ
perunt: ut paꝝ ab obsidione distare uideretur. Cremagnola contra ingenti
exercitu contracto ex Mantuanoꝝ finibus in Brixianos mouet: & quæ in in
feriore brixiani agri ꝑte & circa Oliũ amnẽ municipia sunt: partim ui par
tim metu capit: aliqua tẽtata frustra expugnatione in hostiũ potestate relĩ
quit. Demũ post ꝑliũ apud Gotholengũ oppidũ de ĩprouiso factũ: ubi non
totis sed ꝑte copiaꝝ ex utrisq; exercitibus neutrã ĩ ꝑte ĩclinãte uictoria for
titer pugnatũ ẽ: ad Oliũ ꝓfectus põte sine cõtrouersia cõstructo ĩ Cremonẽ
ses traiecit: Binãq; municipiũ cũ arce haud ĩualida in ipsa fluminis ripa si
tum adortus: non multis diebus cõsumptis ui tormentoꝝ in potestatem re

degit. Interea iá ueneta classis & numero nauiũ quas galeones appellant: & milite & armis ægregie instructa e Venetiis soluerat: & flumine pado adnauigás municipiis quibusdá secus flumen ex itinere captis nõ procul Cremona steterat: Philippiq; classem longe numero sociisq; naualibus imparé nauibus quattuor ꝑ pacini Eustachii p̃fecti seu ignauiá seu imperitiá captis in fugá aduerso flumine uertit: quæ nõ prius restitit: quá Papiá se recepit. Quare hostilis classis Cremonæ propius admota: Castella quædá e regione urbis in Pado ad prohibẽdos hostes transitu ædificata alia defensoribus uacua nulla conserta pugna capit: alia repugnáte ét præsidio: expugnat: quæ statim incendio ingenti cõcremátur. His uictoriis cũ data uideretur uenetis uagádi impune per Padũ potestas: p̃fectus Cremoná p̃tergressus: tandiu aduersus uim fluminis subuehitur: donec Ticini fluminis ostia nauibus uniuersis ingressus nõ longe Papia peruenit: q tamẽ suos nauibus continebat: quod exponẽdi in terrá militis hostili equitatu passim prohibẽte facultas nusq̃ dabatur: p̃ter quá in fluminis Adduæ ostio: ubi expositis naualibus copiis oppidũ quod Castellũ nouũ uocát: oppidanis timore perculsis sese dedentibus paruo negocio cepit. At ubi nihil ea nauigatione proficere: cũ oĩa a terra hostilia essent: nec ullũ ad se terrestre auxiliũ mitti posse uidet: qua uenerat regrediens in Cremonensium finibus cõstitit: ex quo fiebat: ut in tanto rerũ motu oĩa circa Padũ tumultuarie agerẽtur. Ná Incolas ubiq; per loca pado proxima terror ingens ĩuaserat. His rebus gestis Cremagnola classis fiducia maiore animo maiora sibi negocia gerenda sumit. pado exercitũ admouet: unde cõmeatus abunde & sine periculo eo flumine in castra importabátur. Dein cũ de occupáda Cremona cõsilia inisset: ad tria passuũ millia ab ea urbe ad uicũ qué Sicci Casalem Cremonẽses nuncupant: castra ponit: spe aut per proditioné aut ꝑ uolũtariam ciuiũ deditioné aut tádem per longá obsidioné eius potiundæ urbis cũ nõ dubitaret & a terra potentissimo exercitu: cuius militũ numerus quadraginta millia superabat: & a Pado flumine potẽtissima ét ac formidabili classe facile obsideri posse. At Philippus his cognitis ueritus id qd' hostis in Cremonẽses conabat: exercitũ tuendæ urbis cá eo celeriter deduci iubet: qui cũ mille circiter passus ab urbanis moenibus castra posuisset: quæ nõ amplius duobus passuu millibus ab hostilibus castris aberát: Philippus magno comitatu e Mediolano Cremoná profectus: suos duces hortari: ac monere corá coepit: incolume in primis seruarét exercitũ hosté si citra periculũ fieri posset: lacesserent: Hec in suo urbisq; cõspectu uagari sinerét: in sũma honori sed præcipue saluti cõsulerét. Duces ne tá propinqs hostibus: si prælio abstinerent: ignauiæ accusarentur: quáq̃ longe aduersariis numero inferiores essent: uti belli initio semper fuerát. Erat. n. utriq; exercitui militũ numerus: quantus uix ullo italico bello patrũ memoria referatur: cũ supra septuaginta hominũ millia utrinq; in exiguũ agri spaciũ cõuenissent: tamen cõi cõsilio hostium castra inuadere cõstituerũt: ad id præter pudoré impellebat Philippi præsentia: qua quisq; ardere uidebatur: ut dignũ aliquod se facinus ederent: præsertim cũ scirent eũ neminé de se benemeritũ indonatũ dimittere solitum Duces igitur præmissis cũ præsidio stratoribus: q iter subsecuturo agmini sternerét: instructo exercitu in hostes ire cõtendũt. Quod ubi persensit Cremagnola: cõclamantibus undiq; ad arma militibus: iubet celeriter armari exercitũ: atq; oes in acie cõsistere. Castra pro cõsuetudine sua Cremagnola qua hostes uẽturos existimabat: carris uelut muro munierat: nec longe fossa quædá erat priscis facta tp̃ribus trásitu qdé difficilis. Hác agere ita ĩ altitudiné eduxerat: ut nisi uadis qbusdá trásiri nõ posset Inter carroꝝ autem mũitõm & eá fossá patẽtes ĩtercedebát cápi. Huc Cremognola suos ordie ꝓcedere nec tñ fossá trásire ĩperat. Aditus defẽsoribus deserti uidebát q ꝑ arte fecisse fert: ut ĩtra munitiões facilius hostes traheret Philippi autem du

ces posteaq̃ eo uentum est: substitere toto agmine: expectãtes si forte hostes
e castris suas ad mouendũ plium copias educerent. Censebant. n. Guido Tau
rellus & Angelus pgulanus qui & ætate & auctoritate cæteros anteibãt: non
esse transfossam progrediendum: uictoriã in manu esse: si prior hostis fossã
transiret: pugnãdiq; potestatem faceret: Vex cũ aliq̃diu utraq; acies ex ad
uerso stetisset cõspectu: & nemo trãseundi initiũ faceret: nõ sustinuere am
plius reliq Philippi duces cõmittendi plii morã. Transgreditur ante alios
Franciscus Sphortia suis cũ ordinibus fossam nõ multo labore: quem Chri
stophorus labellanus & Ardicio carrariensis subsequuntur: q magno ĩ ho
stes facto ĩpetu excipiuntur. Cõfertissima dein & accerrima in apertissimo
campo a duobus maximis exercitibus collatis utrinq; signis pugna conseri
cœpta est. Mittitur ad læuã Antonellus quidã Mediolanensis ex Philippia
nis equitũ pfectus: uir sane fortis præliandiq; peritus & manu promptus:
cũ ualida equestri manu: ut hostes inde lacesseret. Is impigre patefacta ĩter
carros uia unde armata acies aberat: in castra irrumpit. Calones cõperit &
inutilem prælio turbã tentoria & tabernacula custodiẽtes. Ex iis alios inte
rimit: alios capit: multos armatis mixtos in fugã uertit. Interi Philippiana
acies ita hostẽ presserat: ut ad secundã usq; castrox munitionem repelleret
Cremagnolæ quo insidebat: equus irruentiũ ui ĩpulsus corruit. Circa uirũ
acriter certatũ est: cũ alii ĩtercipere: alii cõtra ne interciperetur: ĩniterent.
Ob id maior eius ducis familiariũ pars puicaciter pugnãdo capta: sed alio
rum ope atq; uirtute: altero submisso celeriter equo sublatus Cremagnola
se ex hostiũ manu eripuit. Et illico in uniuersum Philippi exercitũ rumor:
Cremagnolã imperatorem interceptũ. Qua uoce exaudita: omnes læuis ar
maturæ eqtes q ĩ turmis ire postremi solent: nullo imperio nulloq; ordie
existimãtes iã fusos hostes prædeq; oĩa patere: qua Antonellus hostium ca
stra ingressus fuerat: cõuolãt: moxq; magnã castrox partem cursu occupãt
qbus ea se primũ pars obtulit: qnæ mãtuani principis erat. Iamq; prope cũ
cta in castris miscerĩ: ac diripi cœpta erãt: cũ eo aCremagnola ĩmissa ẽ eque
stris manus: quæ facile palãtes & pda occupatos nros in fugã uertit. Anto
nellus nullo ab suis submisso auxilio multitudine obrutus: pedẽ referre co
gitur: & ad suos qua uenerat nõ nullis ex hostibus secũ abductis ægre se re
cepit. Ad qngentos aũt ex Philippianis per tabernacula hostiũ dilapsi capti
sunt. Dimicatũ obstinatissimis utrinq; animis uario euentu a secunda diei
hora ad sũmã usq; uesperã: tantaque in ipso solis ardore exorta ẽ pulueris
magnitudo: ut uelut densa nubes præliãtiũ corpora obrueret & caligãtibus
oĩum oculis: nullo præter q̃ uocis sono ĩter sese noscere possent. Fraciscus
sociiq; optimũ iudicãt: si sine periculo fieri posset: pliũ dirimere. Itaq; ca
ni receptui iubent: quo signo dato milites labore & calore fessi equis ppe
oĩbus laxitudine & uulneribus cõfectis pedetentim Frãciscõ moderãte qui
ab initio usq; ad pugnæ exitũ semp & ducis & militis munus cõstãtissime
obierat prælio excedere cœperũt. Quibus tãta fuit in castra redeundi festi
natio: ut Frãciscus ipse cũ suis tãtũmõ in plio relictus in hostiũ pœne pote
state relinqueretur: & certe nisi esset pulueris beneficio seruatus eorum ira
nus effugere non potuisset: Nã priusq̃ loco discederet: maior exercitus ps
in castra iã puenerat. Cremagnola ãt cũ uideret: æquatũ esse oĩbus pericu
lum: nõ inuitus suos & ipse ĩ castra reduxit. captiuoq; pœne par fuit nume
rus. Postea uero quã in castra reditũ est: ferũt Cremagnolã dixisse: se q plu
res ex suis pugnãdo q̃ ex hostibus manu captos & reddito noĩe recognitos ĩ
dignans sæpius dimiserit: si ab hostẽ fuisset cognitus: intercipi abducique
potuisse. Idemque Frãciscõ & Picinino & singulis fere Philippi ductoribus
euenisse. Philippus his lætus quæ in conspectu poene suo gesta erant: fit
multorũ litteris certior: Amideũ ducem & Iohãnemlacobũ Marchionem:
quos supra nominauimus: coacta non multa equitũ manu: uercellensẽ agr

inuasisse ldq; omnia Mediolanū usq; tumultu &pauore impleſſe. Quāobrē relicto apud Cremonā exercitu: Mediolanū confeſtim reuertitur: mittitq; aduersus Sabbaudianos una tātūmodo equestri cohorte Ladislaū pauli Guinisii lucensis tyranni filiū: qui facile suo aduētu oēm hostiū impetū repressit Cæterū Cremagnola ubi obsidendæ Cremonæ magnis Philippi uiribus p munitæ facultatē sibi ereptā uidet: ad occupandū Casale maius cōuertitur classemq; eo deduci iussit. Hunc āt insecutus cū lectissimorū militū manu Franciscus: ut cognouit: neq; diurno neq; nocturno tpre quicq; detrimenti hostibus longe numero superioribus inferre posse: ad læuā flectit: Binamq; expugnare adoritur: quā paucis ante diebus ut ostendimus: hostis in potestatem acceperat. Hanc cū expugnasset: p̄sidioq; firmasset: Cremonā reuertitur: haud diutius patentibus campis ppter copiarū paucitatē consistere ausus. Quod cū intellexisset Cremagnola: confeſtim sua in Franciscū signa conuertit: quē cū ad suos celeri itinere se recepisse cognouit: ad Binā profectus arcē rursus leui oppugnatione recepit: p̄sidiūq; in Oliū conici iussit: propterea qđ idē a Francisco pridie eius diei in suos quos ibi præsidio reliquerat: factū audierat. Inde ad obsidendū Casale reuersus oppidum terra Padoq; circundatū tormentis oppugnare aggreditur. Oppidani autē ut uiderunt quassatā ac excisam eā turrim: quæ portæ munimento erat: timore perterriti ne ui a tanto exercitu caperentur: Antonio pisano præsidii præfecto inscio: seſe hosti permiscere. Quo recepto oppido: plures ibi dies consultandis rebus Cremagnola consumpsit: Nā alii in Brixianos redeundum alii in parmenses placentinosq;. Alii in Insubres uel pado uel Adua ponte iuncto flumine traducendū esse exercitū suadebāt. Pluriū tandē sententia peruicit: ut in brixianos rediretur ad ea recipienda oppida: quæ adhuc aut philippi p̄sidio tenerentur: aut in illius fide uoluntariis animis perstarent itaq; posteaq; totis copiis in brixianoꝝ fines reditū est: quo etiā Philippi duces cū copiis ut suis auxilio forent: trāsierāt. Pompilianū municipium Cremagnola circūsedit. Carolus Malatesta quem suis copiis Philippū præfecisse diximus: pauloante ī exercitū uenerat: uir paci q̄ bello aptior: & ob id nō tam apud hostes quā apud suos exiguæ auctoritatis maleq; Philippi rebus consultū tali duce uidebatur. Eius aduentu castra mutātur. & inter Machalodiū municipium & hostilia castra tutissimo firmātur loco: eo cōsilio: ut inde spem obsessis ferendi auxilii præberent: Nā iter utraq; castra: quæ minus quattuor passuū millibus proxima erant: palustres fere inaccessabiles intercedebāt cāpi. Via tamen est manu facta: quæ recta Brixiā ducit municipiis utriusq; adiecta. Hanc uelut palus interscindit aqua: qua sublicio ponte iuncta trāsitur. Hunc in hostem armato milite nemini prætergredi licebat: Quod cū diu inter duces de ferenda obsessis ope in extremo periculo uersantibus disputatū esset: decretū est tandē: ut seſe castris contineret. nullamq; omnino hosti præliandi potestatē faceret: tum qđ hostibus longe impares essent: tum quod per eos dies ad oppugnandū Oragū quod ad hostes defecisset: Christophorū labellanum & Albericum zagonariū comitē cum parte copiaꝝ misissent. At Cremagnola Pompiliano in potestate redacto: omnia experiri statuit: ut hostem æquum in campum alliceret. Qua in re uidetur fortuna ex sententia ppter ducis iperitia ad quē belli sūma delata erat: occasione p̄buisse. Prouocauerat paucis ante diebus Nardus torquatus Sphortianus ex pedestri ordine miles quēdā ex hoste peditē ī singulare certamen. Quāobrē mittitur a Cremagnola ad Carolum: q Nardum i p̄lium ī uitet: paratumq; ia suum ad id militē esse: maximeq; ad iperatorē pertinere diceret: ut huiusmōi cōtrouersias pugna singulari cōfestim dirimi curet: qbus auditis: uisum est Carolo: suum quoq; peditem q hostem iam uerbis lacessiuerat: certamen nō detrectare debere. Dies ad quintū Idus Octobres dictus e pugnæ. Is dies ubi illuxit: Cremagnola armari exercitū imperat. aci

emq; uelut ad suturã pugna in hostes disponit. Duelliones magno utrinque comitatu data fide extra castroꝝ munitiones plaustresq; difficultates dimicaturi prodeũt: Magna ex Philippi exercitu spectandi studio inermis multitudo sine imperio eo accurrit: quo ét per pauci ex uenetoꝝ castris inermes uenerãt. Franciscus Sphortia: qui duellũ eo maximo tp̃re improbauerat. Carolum adhortatur: admonet: obsecrat: armari exercitũ in acie cõsistere iuberet: non placere sibi tã propinquis hostibus quenq̃ ad duelli spectaculum inermem progredi præter eos: quibus id muneris demandatũ esset. Idé confirmat Taurellus: Carolus obaudit: & cæteri ductores negligunt. Ipse tamé Franciscus diu multumq; deos hominesq; obtestatus armatus spectat: suosq; in castris esse in armis iubet Idem facit Nicolaus picininus: cui eo die castrorũ custodia obuenerat. Inter duelli spectaculum celeri agmine acieque uniuersa ad pugnãdũ ut docuimus: instructa: hostis superuenit: ea uia qua Macholodiũ itur. Pergulanus & Picininus dum per ociũ obequitãt: quasi đ improuiso in hostes incidunt: & cognita periculi magnitudine: quo sui ad pugnã se parét: ita ut erant leui armatura: manũ cõserere coeperũt. Tumultuarii item milites qui ad spectaculũ uenerãt: eo cõcurrũt. Veꝝ & pauci & inermes loca inter palustria tantã uim hostiũ haud diutius sustinere potuerunt: Nã magno clamore magnoq; impetu equitatus hostilis uiã oém occuparat. Et peditatus ad utranq; uiæ ipsius parté effusus: ex palustribus campis hastis Scorpionibus laculisq; Philippianos milites equosq; passim in latera trãsfodiebat: ex quo omnes paruo momento in fugã uersi: uelut amentes nihil præter terga hostibus obiecerũt: neq; dũ erat in castra peruentum cũ inde fuga ab omnibus fieri coepta é. Capitur inter pugnandum Carolus Frãciscus ex duelli spectaculo ad clamoré conuolans: sese cũ suoꝝ parte in hostes intulit: pugnãq; fortissime cõseruit: hunc urgens: hunc uulnerãs: hũc cædens: Pergulanũ ex hostiũ trahentiũ manibus captũ eripit. Sed cũ solus hostes iã uictores repellere non posset: tandiu tamé eoꝝ impetum sustinet: quod ductores reliqui saluté sibi fuga peperere. Ipse nouissimus magno cũ uitæ discrimine pedem rettulit Cremagnola castris cũ uniuersis fere impedimentis potitus insequẽdis hostibus abstinuit: maiore tamé eq̃tatus p̃te inermi capta. Hac Philippus clade accepta: cõtinuo dat operã ad exercitũ armis equisq; celeriter instaurãdũ. Deinde ad alienã opem sibi cõfugiendum ratus: ad Sigismundũ Romanoꝝ regé in Germaniã rogatũ mittit auxilium Martinũ insuper pontificé ꝑ legatos orat: ut de pace cũ uenetis agere ꝑgat: Præterea cũ Amideo sabbaudiano pacé firmat: qua cautũ est: ut Philippus Mariã Amidei filiã in uxoré ducat: Vercellasq; urbé eidé dono tradat. Sed Martini tandé opa factũ é: ut per Bergomi deditioné bellũ inter duos potentatus anno secũdo: posteaq̃ geri cœptũ é: solutũ sit. Per idé tépus cũ Genuẽses ut supra docuimus: & ab Alphõso rege mari & ab exulibus terra assidue turbarentur: mittitur eo ab Philippo Franciscus Sphortia qui ĩ Alexãdriũo agro statiua habebat: ut Genuæ urbi præsidio esset. Is [illegible] faciés iã Apẽnini iugũ instructa acie superauerat: cũ inter locoꝝ ãgustias p̃ruptasq; uias ii quos philippus amicissimos existimabat: p̃fidia usi: ita undiq; circũ funduntur: ac de superiore loco magno scorpionum & omni fere missiliũ genere Sphortianã manũ adoriũtnr: ut non secus atq; alpina grãdine oĩa telis obruerẽtur. Durissima profecto & horrenda militibus uisa é ea pugnandi facies. præsertim cũ nulla pugnãdi: sed ne q̃dé cõsistendi ob locoꝝ iniq̃tatẽ facultas esset. Itaq; tãta rei nouitate ꝑculsi: milites diffidere ac dedẽdi sui inire cõsilia cœpere. Quare Frãciscus mutato ꝓfectionis cõsilio oés quauenerãt: cõtinuo redire iubet. Postremi anteriores fiũt: & primi nouissimi. Quod ubi aĩaduertit tumultuaria agrestiũ turba p̃de studio audacius ĩ milites irruit & magnis a tergo & ab latere apto clamoribus subiectos acrius cædẽdo p̃cipites agit. Multi ex iis occidũt: Plures cõfecti uulneribus sternũ

[illegible] philippus [illegible] amideo sabaudiano:

tur. Gerardus gratianus cottignolanus uir fortis & belli usu insignis: cum esset omniū fere nouissimus: multitudineq; pressus: equo intra cautes lapso: fese unius Accolæ fidei crediderat: Sed ab eodem neglecta fide: crudelitate in supplicem uso: ubi cassidem posuisset: Scorpionis cornu in caput percussus interiit. Cum aūt in planiciem quandam haud magnam in conualle sitam ab agmine per uariam hominū stragem peruentū esset: Franciscus omnes in orbem adactos consistere imperat. Ob id multitudo circunfusa cædendo abstinuit: seq; ad montium radices: qui undiq; impendebant: continuit: fremens ac noctis tenebras expectans: miles omni ex parte aditibus montibusq; occupatis quoquam discedere neq; audebat neq; poterat. In tanto omnium salutis discrimine Franciscus ab Eliana Spinula muliere quidem ingenua & Philippo deditissima quæ Rhunchum oppidum non longe possidebat: perbenigne exceptus a tāta agrestium īmanitate seruatus est. Postridie uero non nullo; opera genuensium ciuium ex familia spinula factum est: ut ea rusticoq; parte submota qua Franciscus omnibus ītercluſis itineribus in conualle destinebatur cum suis: unde discesserat: reuerteretur incolumis Cæterū non multis post diebus: sedato ligurum incolaq; tumultu: Franciscus perfidiæ ad Philippum Nicolao gurrerio & Alberico comite auctoribus īsimulatur quasi breui seu ad uenetos seu ad florentinos trāsiturus. Qua quidem re a pleno suspicionis natura principe facile credita: in papiensem agrum qui duos inter amnes Padum Ticinumq; interiacet: in hyberna trāsmissus Mortariū oppidū sibi hybernandi locū delegit: ibi biennio fere tanta omnium rerum inopia uitam egit: cum nulla omnino stipendia penderentur: ut non temere quenq; nel obsessum grauiora pertulisse cōstet. Quod eo Philippus animo faciebat: quo milites ea penuria adducti: arma equos & quicquid pretiosi haberent: sensim consumerent. Interim & præfectos equitum & centuriones quos uirtute præstare nouerat: tum pecunia tum muneribus aliis & pollicitationibus multis ad deserendū ducē allicere nō desistebat. Sed tanta fuit omniū tolerantia: tantaq; in ducem suam fides atque cōstantia: ut nemo præter duos ad sūmum tres repertus sit: qui inconstantia perfidiaue eo tempore usus fuerit. Ipse Franciscus recte factoq; conscientia frætus sæpe Philippum adibat: innocentiā purgare contendebat: qua in re cum cæteroq; amicoq;: tū uel maxime unius Guidonis Taurelli opera usus est. Verum cū obtrectorū causa principis illius iratum in se animū comperisset: decreuit omnia prius extrema patientia toleranda: quam admittere quicq̄: quod sibi uicio ascribi posset. Ferunt de eo retinendo necandoque bis in consilio dictis sententiis disputatum: bis Guidonis causa qui semper ne quid in eū grauius statueretur: obstiterat: auctoritate seruatum: pacata omni longobardia: Florentini qui īmenso semper desyderio lucæ urbis potiūdæ exæstuauerūt: aduersus lucenses Nicolao fortebracio duce sumpsere arma: rati eos quibus per id temporis Paulus Guinigius tyrānus īperabat: facile in dicionē redigere posse. Quare Paulus suis diffusus uiribus. & omni alio auxilio destitutus: ad Philippū supplex cōfugit. Hunc &si pdifficilem ad ferendā sibi opem inueniebat: propterea quod pacis foederibus caueba tur: ne Macrā flumen Philippus trāsiret: æthruscoq;ue fines inuaderet: nō destitit: tamen & rogare: & obsecrare: quo pereunti sibi subueniret: donec tādē Senēsibus depcatoribus q metuebāt: ne subactis lucensibus: id postea bellū in sese trāsferet: ab Philippo impetrat: ut aliqs ex suis ducibus per simulatā abitionē sibi auxilio mitteret. Redierat p eos dies Frāciscus oī dmū perfidiæ suspiciōe purgata in antiq̄ Philippi grām stipēdiisq; finitis lucensibus Senēsibusque legatis petētibus ad ea rē cōficiēdā idoneus uisus ei expeditioni destinat: acceptaque a philippo & ex appulia a paternis urbibus pecunia & militē ueteranū exornat: nouū cōducit. cōflatoq; pancis diebus exercitu ex lōgobardia mouet: & supato apēnino: in lunēses: inde cōtinua

to itinere in lucensiū fines peruenit. At Fortebracius qui uniuerso lucensi agro occupato castrisq; positis urbē ꝑmebat: ubi de Francisci aduentu cognouit: soluta obsidione: ad oppidū Ripā fractā uocant: mediū inter lucam & Pisas: se cū exercitu foeda fuga recepit. Paulus & lucenses tāto periculo Fráciſci beneficio liberati: agrū qui ut docuimus: ad hostes defecerat: recuperare sūmo studio curant: Sed Paulus mercandi quā regnandi doctior: quo se oīo perpetua sollicitudine metuq; solueret: clām cum Florentinis de dedenda luca agere cœpit: pactus ingentē auri uim: utq; a florentinis ciuitate donaretur. Quod ubi apud lucenses increbruit: continuo illi Franciscum ī urbem accersunt: factoq; impetu: tyrānum captiuū cū filiis quinq; ad Francisc cum perducunt: orant: ut & ciuitatis administrationē suscipiat: & de tyranno a quo exitiū ei paratū scirent: deq; liberis suppliciū sumat. At Frāciscus &si intelligebat: & quid Paulus mereretur: & quid sibi liceret: tamē ne qua īsamiæ labe suā innocentiā polluueret: repudiato regno quod ultro a ciuibus offerebatur: urbē liberam dimittit. Paulum cum liberis ad Philippum perduci iubet. His peractis ad recuperandū quod reliqui erat in hostiu manu agri: rursus educit. Iamq; municipia cōplura partim ui ceperat: & in predam uerterat: partim metu uel uoluntariis municipum animis in deditionem cōpulerat: & ad Pisciam oppidum magno munitum præsidio uentum erat: cum florentini Boccacinum Alamānum ad eum legatum mittūt: quē gratum futurum existimarent: propterea quod antiqua cum Sphortia eius patre quo tempore cū Florentinis mereret: amicicia coniunctus esset. Is Frāciſco accōmodata oratione Persuadet: ne florentinum populum qui Sphortiæ patri semper amicicissimus fuisset: quiq; sibi & suis magno usui aliquādo esse posset: iniuria damno afficere pergeret. Fateri se paterni stipendii ure Florentinos magnū argenti pondus ei debere: idq; si lucesi bello excedat reddituros. Quibus auditis Franciscus quoniam Philippo nullis stipendiis obstringeretur: & a lucensibus propter pecuniæ inopiam nihil emolumenti ad sustentandū exercitum consequi poterat: ob eamq; rem sibi necesse fore intelligebat: ad alienam opem confugere: iudicauit oblatam a Florētinis condicionem non repudiandam. Itaq; septuaginta aureū nūmum millibus tot enim Sphortiæ patri debebantur: numeratis. Lucesi agro excessit: ī Apuliam ut ante constituerat: profecturus. Lucensibus per hunc modū cōfectis rebus: anno qui fuit a Natali christiano trigesimus & quadringentesimus ad millesimū: Franciscus in Galliam Cisalpinā ex æthruria reuertitur. Miradulaq; subfedit: eo consilio: ut inde in Appuliam ut prædiximus: proficisceretur: cū Florentini maximo rursus cōparato exercitu Guidone Antonio comite urbinate duce lucam obsidione præmere cœperūt eamq; nullo intermisso tēpre & tormentis & omni conatu oppugnare contendebant: cum Philippus ea necessitate cōpulsus ferendum a se amicæ urbi auxilium iudicat. Itaq; misso eo cū magnis copiis Nicolao picinino: Florentini primo impetu pugna superati funduntur: atq; cum ipsorum ingenti clade fugantur. Quibus ex rebus turbatæ pace: ueneti maiore quam antea apparatu bellum Philippo inferre decernunt. nec minus philippus ipse maioribus uiribus aduersus uenetos accingitur. Quo tēpore cum Franciscus stipendio & honorificentissimis condicionibus ab utroq; mutaretur Martini pontificis opera a Philippo: cui nulla soboles uirilis erat: adoptatur & in antiqua illustremq; uicecomitū familiā cum omnibus liberis posteriscq; transire iubet & quo maiore studio maioreq; beneficio obstringeretur: gener: deligitur: Blanca Maria unica filia adhuc puella desponsata uexilloq; in quo erat depicta pantera: oppidis q; tribus Castellatio Bosco & Frecarolo Alexandrini agri non ignobilibus donatis. His rebus ex utriusq; sententia cōfectis. Frāciscus eo qui insecutus est anno. ad prima signa ueris ex Miradula cū suis omnibus copiis proficiscens cremonā se cōtulit. Cōflato igitur ut ostendi

mus ſecundo ueneto bello: mors Martini põtificis Quinti cõtendentium animos a nouádis í lõgobardia rebus aliquádiu ſuſpẽſos tenuit. Sed poſtea quá Gabriel cõdulmarius patria uenetus Romanus põtifex declaratus cui Eugenio Quarto nomẽ fuit: Martio. ſuffectus eſt: ueneti maioꝝ animo erecti haud amplius diſſimuládú cẽſuere: qn aperto bello arma Philippo inferrẽt Erat ꝑ id tẽpus cũ magna copiarũ parte in brixiẽſi Cremagnola. q ſũma cura ſpẽ uictoriæ quaſi certá pollicẽdo: uenetos ad renouándú bellú traxerat. Is cõtracto haud procul urceis nouis exercitu: ubi plures dies proximorum populoꝝ ad deditionẽ animos tẽtádo cõſumpſiſſẽt Cremonẽſes traiecit: ſpe Soncini oppidi ꝑ ꝓditionẽ potiundi. Quod ubi Frãciſcus: q Cremõæ docuerat: agebat: ꝑ exploratores cognouit: coacta cõfeſtim ualida equitũ ac peditũ manu obuiá ꝓficiſcit: pugnaq; ad ſextũdecimũ Kalen. Iunias nõ lõge a Soncino acerrime cõſerta: hoſtẽ fundit: ac in fugá uertit: captis equitibus amplius qngentis ac mille: ex peditatu autẽ magno numero. At ueneti ubi ubi Cremagnolá fuſũ ꝓfligatũq; acceperũt: ſuis rebus metuẽtes: ad bellũ gerendũ magno ſtudio incenſis omniũ animis: ſic q̃ celerrime omnia cõpararũt: ut nõ modo hoſtis uim ſuis finibus arcere: ſed & alienos inuadeꝛ ſperarẽt poſſe. Pecunia igit in milites abunde diſtributa: inſtauratis: auctiſq; copiis: Cremagnolá rurſus in Cremonẽſes trãſire imperãt: claſſemq; inſup multo maiore nauiũ numero q̃ ſuperior fuerat: ac ac omni bellico apparatu inſtruunt Nicolaũ Taruiſinũ eius claſis ꝓfectũ deſtinãt. Cõſtabat galeonibus maximis ſeptẽ & trigĩta: triremibus ac biremibus aliiſq; actuariis nauiculis circiter cẽtũ Hæc aduerſo flumine Pado Cremone cũ appuliſſet: e regione urbis eo animo ſubſtitit: ut Cremagnola q tribus fere paſſuũ millibus aberat tereſtri quoq; exercitu uno atq; eodẽ tẽpore & Cremonẽſes urgeret: & claſſi adiumento eſſet. Cõtra uero Philippus exercitũ claſſemq; parauerat: ſed hoſtili nequaq̃ parẽ: quæ galeonibus nauibuſq; aliis minoribus circiter qn quaginta ſecũdo amne nauigabat: cuius ꝓfectus erat Pacinus Euſtachius patricius. Hũc cũ in ſe uenientẽ Taruiſinus cognouit: & Cremagnolá cuuctãtem uidit: obuerſis nauiũ ꝓris qua uẽerat: regrediens: tribus circiter paſſuũ millibus ab Cremona reſedit: q̃ in partẽ facile terreſtrem exercitũ accedeꝛ poſſe: & claſſi auxilio eſſe perſpexiſſet. Frãciſcus autẽ Sphortia & Nicolaus picininus q Philippi copiis ꝓerãt: cũ ñ lõge a Piſleone oppido caſtra firmaſſent: delectu ex omni exercitu habito claſſem quæ nauálibus ſociis erat ſeꝛ uacua: cõpleuerũt: eo cõſilio: ut reliquus exercitus & ꝓpter paucitatẽ & qđ omni eſſet militũ roboꝛ nudatus cũ impedimẽtis trans adduá ſublitio põte q erat ad Piſleonẽ: ſeſe cõferret. Pacinus cui tãtis uiribus aucto adoriendi hoſtis creuerat animus: cũ primũ aduentauit in conſpectũ hoſtilis claſſis: cõfligẽdum ſibi putauit: qppe q ut erat naturæ fluminis peritiſſimus: uerebatur: quod imbribus paulo excreuiſſet: fore: ut decreſceret: ubi pugna diutius abſtineret: & ita deteriore ſe futuꝛ conditione. Qua re hoſtilẽ claſſem magno impetu inuadit. Prælio utrinq; ui magna cõmittitur. Cadunt undiq; multi Cruore omnia fœdant: tandem nocturnis tenebris utrinque pugna ceſſatũ eſt: amiſſis e Philippi claſſe galeonibus quinq;: q a claſſe reliqua ſeiuncti & ab hoſtiũ multitudine preſſi intercepti ſũt. Quo fiebat: ut in Philippiana claſſe haud mediocriter trepidaretꝛ: Quod cũ aĩaduertiſſet Franciſcus: duo ſibi uno tempoꝛ ꝓuidenda putauit: ut & claſſiariis animũ ad cõfligendũ adderet: & Cremagnolæ ad uenetá claſſem: aduentũ moraretꝛ Itaq; duos gregarios eqtes uelut trãſfugas ad hoſtẽ ad opẽ claſſi ferendam iá ſe parãtem mittit Hi cũ ad Cremagnolá mane ueniſſent: multa ut erant edocti. đ Frãciſco queſtra affirmãt. Philippi exercitũ caſtra mouiſſe & inſtructa acie ad inuadendũ eũ procedere. Quibus auditis Cremagnola re facile credita continuo ad pugnam ſe parat: neq; loco ubi erat: excedendum iudicat At Franciſcus & Nicolaus ubi primum illuxit: claſſem cõcendũt: & hoſtilẽ

quæ nauiũ proris cõtra uim fluminis ex ordine dispositis cathæniscp inter
se firmatis: hostiũ impetũ expectabat: magnis clamoribus uiribuscp adori
tur: Exemplo pturbata uenetaClassis disiungit. Pugna densior atrociorcp q̃
pridie omni missiliũ genere cõserit. Cõcertabat enim uno tempore uniuer
sis utrincp nauibus uario euentu: qđ modo ueneta: modo Philippiana clas
sis inclinat uidebat. Nouissime autem cũ nõ nulli ex Philippianis galeones
caperent: & iter cæteros unus cui præfectus erat cũ đlectis militibus Petrus
brunoribus parmensis ex Sphortiano equitatu uir sane fortis & rei milita
ris pitissimus: ptimuere naues reliquæ: iamcp cedere & turmis trahendarũ
nauiũ causa in littus expositis aduerso flumine fugere cœperat. At Frãciscus
& uoce & nunciis hac illac Myo parone discurrẽs & nauiũ rectores & naua
les socios ipsũ ét Pacinũ grauiter increpare: accusare: milites hortari: & mo
nere: ut classiarios ad pugnã redire cogerét. Idé faciebat Piccininus: quoꝝ uo
cibus rursus prælii magno animoꝝ ardoꝝ renouat: & tãdé cum enixissime
ubicp pugnaret: decrescẽtis fluminis beneficio quidé ex uéeña classe Galeo
nes qui ex sublimioribus erant: gubernatoribus naturæ fluminis imperitis
in uadis heferunt ita: ut nullo remoꝝ impulsu nulla ui nulla đnicp arte lo
lo submoueri potuerint. Hos Frãciscus leuioribus nauigiis cõtinuo adortus
capta i hoc numero nauis prætoria fuit. Taruisinus aũt pfectus desperatis
rebus ex Galeone in subiectã scapham demissus fuga saluté petiit. Prætoria
igit naui cũ signis capta: tãtus repẽte reliquis iniectus é terror tãtacp rerũ
desperatio omnes inuasit: ut uno fer momẽto cõuersis nauibus secũdo am
ne euadẽdi studio cursu cõtẽdere cœperint: quoꝝ naues Philippiani magno
ipetu clamorecp terribili insequẽtes maioꝝ eaꝝ parte potiti sut. Ingẽte pro
fecto ea pugna uenetis cladẽ intulit. nouẽ. n. ac uiginti galeones & reliq fer
classem uniuersam amisérũt. Cõstat classem ipsam maximo ac incredibili
prope sumptu fuisse cõparatã: Nam præter q̃plurimos nauiũ alueos exqui
sitis artificũ ingeniis exædificatos eo arma tæla cõmeatus & quicqd certis
incertiscp casibus cõducere posse putabat: uincẽdi studiũ adeo acumulate
contulerat: ut miꝝ uideret tantã reꝝ omniũ copiã ipsas ét Venetias suppe
ditare potuisse. Hoc aũt prælii commissum é in Pado ñ ꝓcul Cremona an
no a. Natali christiano primo ac trigesimo supra quadringẽtesimũ ad mil
lesimũ nono Kalen. Iulias. Ea calamitas uel in primis causa fuit: ut apud ue
netos Frãciscus Cremagnola in eã uenerit perfidiæ nõ lati Taruisino auxi
lii suspitionẽ: qua postea insequẽti áno Venetiis é publice securi percussus
Post eã pugnã nihil é per æstaté gestũ memoratu dignũ: temptatũ tantum
ad Idus octobres a Cremagnola capiẽdæ furto Cremonæ facinus: Nam per
uigiliã negligẽtiã noctu scalis muro admotis: Arcem q̃ Sancti Iucæ Cremo
nẽses nũcupant: milites q ad rem cõficiẽdã a Cremagnola missi fuerãt: cæ
sis primo ingressu custodibus occuparũt: Eamcp biduo fer obtinuerũt: Dre
magnolã cũ exercitu q ad tertiũ lapidẽ castra habebat expectantes. Sed ubi
nulla auxilia mitti: & cõtinẽter a Cremonẽsi populo magno omniũ cõcur
su se oppugnari uiderũt: arcellã deseruer: quoꝝ pars capta é: pars fuga i ca
stra se recepit Ferũt sæpe Cremagnolã dixisse: cũ de feredo iis auxilio q ar
cellã occuparãt: cõsularer: uereri se ne latẽtibus hostis insidiis perdendum
obiiceret exercitũ. Atcp hæc secũda fuit causa: quæ illi apud uenetos exiti
um peperit. Autumno iã exacto Cremagnola ꝑ importunis crebrisq hym
bribus cõficeret exercitus: & ꝑ equi morbo permulti abfumerẽtur: copias
in hyberna deduxit. Sub idẽ tẽpus Frãciscus suis omnibus copiis aliisq pau
cis adiunctis aduersus Iohãnẽ Iacobũ Mõtisferrati Marchionẽ: ꝑ & primo
& secũdo uenero bello cũ hostibus fẽserat: missus imparati hostis fines in
gressus oia ti multu ac trepidatione inuoluit populatusq multoꝝ agros:
non nulla deinde oppida expugnat: ac i ꝑdã uertit. Quaꝝ tãtus subito eius
regionis populos armis insuetos pauor occupauit: ut nullo fer negotõ sese

Franciſco dediderint. Ita paucis menſibus per hyemem Iohānesiacobus omnibus prope oppidis uiciſq; ſpoliatus cū i pſum ēt Caſale ſancti Euaſii qđ eſt oppidū celebre & regionis caput: Marchionūq; ſedes ad Frāciſcū deſciuiſſet nullū alicunde auxiliū ad ſe mitti ſperās: ſuiſq; omnīo rebus diffiſus oppida quædā: quæ nōdum defecerāt: Amideo ſabbaudianoꝝ duci & ſibi affinitate cōiuncto uelut illi finitima ſeruāda tradit: Dein Alpes trāſgreſſus: p germaniā iter faciēs ad uenetos cōfugit. Dum hæc gerunt: Sigiſmundus cæſar hunnoꝝ rex Philippi hortatu Italiā ingreſſus Mediolanū ad accipiēdā imperatorio more ferreā coronā uenit: inde poſtea Romā petiturus Eius rogatu Iohannilacobo Philippus ignouit: oppidaq; uniuerſa quæ in ſua erāt poteſtate: reſtituit: cū idem a Sabbaudiano fieri cōtēderet: negatū eſt: Mōtiſferrati per hūc modū rebus cōpoſitis: Frāciſcus a Philippo accitus Mediolanū profiſciſcit: ubi intra Idus Februarias inſequētis anni publice ac magna cū celebritate Blanca Maria iā annos ſeptē nata ei deſpōſata eſt: id q; ſuperioꝝ anno ut demōſtrauimus: pater promiſerat. Cæterū feſſi bello nō tam Philippus quā ueneti ac Florentini Nicolai Marchionis æſtenſis interuētu de pace inter ſeſe ageꝝ cœperūt: ad q̄ p̄ter cæteras belli difficultates illa maxime ipſos de ſummis rebus cōtendentes hortabaꝝ: q; & ueneti Cremagnola iis de cauſis quas ſupra: diximus: publice inter facto: imperatorē nō habebāt: & Philippus Nicolai picinini propter id uulnus q; ad Binā ſub occiput acceperat: opera uti nō poſſet. Itaq; cū ad Nicolaū cōponendæ pacis delata eſſet poteſtas: ea tādē pax circa Kalendas apriles renouata ē: & captiui ultro citroq; dimiſſi. Per eā pacē omnia oppida reſtituta ſūt Florentinis: quæ in Piſano uolaterrano & aretino agro Philippi copiæ cepiſſēt. Lucenſibus quoq; municipia uniuerſa quæ prius amiſerāt: Florētini dimiſer. Cæterū Sigiſmundus Imperator: ut demonſtratū eſt: exæſtuāte adhuc Italico bello Mediolanū uenerat: nec Philippi potētia opibuſq; frætus magnas copias ex Germagnia ſecū adduxerat: Ibi p hyemem aliq̄diu immoratus & a Philippo honorificētiſſime & magno impēdio exceptus: Deinde Parmā Frāciſco Sphortia comitāte profectus: hyemis reliquū cōſumpſit: tādem ineunte uere in æthruriā trāſgreſſus: in urbē lucā ſe cōtulit. At Florētini nō tam Philippo q̄ Sigiſmundo iſeſti ea maxime uictoria elati q̄ pauloante aduerſus Philippi copias apud Torporiū oppidū nō lōge a Piſis adepti fuerant: in lucenſes miſere exercitū: & apud ipſas ꝑpe urbis portas caſtra poſuerūt: militeſq; late lōgeq; peruadētes cuncta ad ipſa uſq; mœnia in cōſpectu imperatoris populati ſūt. Poſthæc in ſenēſes traductis copiis agriſque uaſtatis Florētinoꝝ duces paꝝ ad modū in iis locis ꝑp cōmeatus inopiā commorati in Aretinoꝝ fines cōceſſerūt p eoꝝ abſentiā adeundi Senas facultatē nactus imperator: eo ſtatim maturauit: At poſt aliquot mēſes tandē pōtificis uoluntate: qui prius eū admittere negauerat: Romā ꝓfectus ab eo ſoleniter corona aurea donatus ē. Poſtea uero Roma abiens: p Tudertes & peruſinos Ariminū petiit. Inde p Reuennatē Ferrariēſē & Mātuanū agꝝ Italia exceſſit: & qdē tāta uel animi uel fortunæ uarietate: ut īſenſiſſimus Philippo abierit: cuius hortatu fiducia atque opibus ex Germania mouerat. Venetoꝝ autem quibus maxime inimiciſſimus ī Italiā uenerat: amiciſſimus receſſerit. Certe cū Mediolani eſſet: neq; Philippus ad eū ſalutādum unquā uenit: neq; rogātem cum exiguo comitatu intra arcem admittere uoluit. Dum per quietem Franciſcus Cremonæ deſedit: rurſus Philippo per obtrectatoꝝ inuidiā in perfidiæ ſuſpitionem uenit: adeo ut cum interficiendum ſecreto ſtatuiſſet Cremonam miſerit Simoninum Gillinum Alexandrinum cum his mandatis: ut ſi is ad ſe ſpōte uenīret: illum ſequeretur. Sin forte aliqua cauſa recuſaret: illico retineret: retentumque necaret. Franciſcus autē qui hæc omnia ignorabat nec quicquā admiſerat: cur ſibi timendum eſſet: acceptis Philippi mandatis: Mediolanum pergere maturat. Sed cum laude per noctem

quiescendi gratia constitisset: sit Contucii perusini eius apud Philippū legati litteris certior: a Philippo statutū: ut cū primū Mediolanū appulisset: obtruncaret: Ea re cū paucis ex suis cōmunicata: omnes eum flentes orant: obsecrant: ne ad necē manifestā ultro ac temere prodeat: Sed dum liber est: quod deambulādi gratia ad ponte qui in Addua est: iam puenerant: ī uenetoꝝ fines sese recipiat. At ille recte factoꝝ cōsciētia frætus: nolle se dixit: ubi culpa omnino uacaret: cū abisset: pfidiæ insimulari. Itaq; postridie mane Mediolanū ire contēdit: nō sine magna tamē suspicione: nequid grauius per maliuolorū inuidiā in se statueret. Philippus autē a Simonino de illius aduentu certior factus: mutata in melius sentētia: cū nihil in homine doli esse iudicaret: summo recipi in urbē honore cōfestim iubet. Huic facta est obuiā extra urbem ad secūdum ferme lapidē Maria dux cū ingenti prope & aulicoꝝ & mulierū numero. Quod Frāciscus preter cōsuetudinē fieri admiratus magis timuit. Sed in Philippi cōspectū admissus omnē formidinē deposuit: Ita.n. remotis arbitris Philippū locutū ferūt: Nequaq̄ eā nos tentātā Frāciscē fili secuti sumus: quæ trito quodā puerbio usurpari solet: Totiens dici posse uni ab omnibus eū carere naso: ut is quasi sibi diffidens nasum tangeret: perinde ac dubitās an eo careret. Nam de tua erga nos fide & constātia ac sinceritate animi tui nihil unquā profecto dubitauimus: sed ut calumniantiū de te occurreremus suspitionibus: fecimus ea de re periucla: quæ p ingenii tui uigor tibi nequaq̄ occulta fore existimabamus. Quod iccirco a nobis actū est: ut quæ de innocētia & bonitate tua perspecta nobis erant: & cognita: cæteros etiā nō lateret. Deinde quæcunq; hactenus sibi de eo delata fuerāt: aperit. nec quenq̄ præter se habuisse amicū dicit qui eius innocentiam tueretur: Aduētum ad se suum quaꝝ rex insimulabat: eum fecisse innocentissimū: nō sibi qui nihil dubitauerat: sed aliis insimulantibus. Propterea bono esset animo: & ut fecerat: pergeret benefacere: & q̄d eius esset & uirtutis & dignitatis recordaret. De se aūt omnia sibi polliceret: cuius perinde ac filii esset rationem habiturus.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER TERTIVS.

IAm tertius & trigesimū a christiano natali supra quadringētesimū ad millesimū agebat annus: Cisalpinaq; Gallia omnis quiescebat: cū allatū ē Frāciscō Sphortiæ eā appuliæ partem q̄ ut ostēdimus: paterno iure obtinebat: Iacobū Caudolā armis inuasisse: & iam Serram Capriolam in samnitibus oppidū occupasse. Qua re cognita uæheméter cōmotus statuit: omnibus ptermissis rebus suoꝝ saluti cōsulere & opē laborātibus ferre. Ita que abeūdi uenia a Philippo facile impetrata p autumni tēpus maturat: omnibus copiis e lōgobardia pficiscī: & iam paucis diebus i Flaminiā puenerat: sed nōdum Sapim flumē trāsierat: cū omnia ī picētibus miscerī cœpta sūt: & p Italiā Frāciscī nomē ī crebrescere. Præerat ei puinciæ p Eugenio pōtifice Iohānes uitellius patria cornetanus ricinatēsis Episcopus: cuius ob durioré administrationē: & q̄ picētes mobilitate ac leuitate animi nouis imperiis studere semp cōsueuerūt: cupiebāt mirꝝ in modū hominis īsolētis iugum aliquādo excutere. Quāplures igit̄ hāc occatione nacti Frāciscō obuiā uenīūt hortātes: ut ad capessendā puinciā properaret: cū nulli aut perpauci essēt futuri q ei portas clausuri sint: & Camertes tyranni præ cæteris qui inter sese dissidentes in fraternum sanguinem sæuierant: ad eum de deditione miserunt. Hæc cum accepisset Frāciscus: ad Philippum omnia defert: & quid eius sit cōsilii: quidue sibi agendum esse cēseret: ab eo certior fieri

curat. At Philippus qui nõ ægre ferebat: si in Eugenii põtificatu res Romanæ ecclesiæ pturbarent: quod cũ patria uenetus esset: uenetas partes sequebat: Frácisco nõ aperte sed secreto edocet: ut picenũ inuaderet: Eugeniũq; quod posset: ubiq; infestaret: Quod cũ intellexisset Frácisco: exercitũ nouo milite aucto & Laurétio attẽdulo cognolano gentili suo ac lõgo belli usu insigni: q apud uenetos superioribus annis meruerat: iter alios sibi iuncto composítis Appulis rebus ex Flaminia ubi his de causis plures dies cõsúpserat mouet: & iustis itineribus piceni agri fines ingredit: ac primo aduentu urbẽ Hæsim quæ ab flumine nomẽ capit: aggredit. Ciues aũt & si hyems iã aderat & p̃sidio equestri nõ inualido: Iosia Aquauiuano præfecto: múiebátur: tamẽ postridie eius diei præsidio incolumi sese atq; urbẽ Frácisco dedidere. Hæc tam subita hæsinoq; defectio: táto cæteros timoꝝ cõterruit: ut ad Frácisců deinceps certatim de deditione legati mitterent. Prætergressus inde duos potétiá Clentemq; amnes Oppidũ q; ulmi montẽ uelut in mõte posítũ picẽtes dicunt: cũ longa pace tum agri fertilitate opulẽtũ circunsedit: Nam oppidani bello armisq; insueti: mœnibus cõfixi præter cæteros ĩ fide manẽr uidebant. At Frácisco cui nõ ingrata erat ea ulmensiũ pertinacia: quippe qui optaret aliquod sibi offerri oppidũ quod iure belli diripiẽdum militibus daret: ut & sese p̃da ditarẽt: & locũ haberẽt: quo se deinceps recipere: si quid opus esset: possent: speculatus loci naturam munitioneq; manu factas: postero die omni ex parte inopinantes oppidanos aggreditur: pugnaq; acerrime cõserta: tandem refracto ferreis sudibus muro: scalisque admotis fit in oppidũ irruptio: moxq; irruentibus passim militibus: ĩ præ dam uẽtit. Eo rumore prouintiá in omnem perlato fit cõtinuo maior quã antea ad Frácisců dedentiũ concursus: nullumq; remittit tẽpus ab iis: qui nõdum ad eum de pactione misissent. Vitellius Ricinatũ tanq; ad præcipuã ꝓuinciæ arcem ob singulare in eam ciuitatem fidem se receperat: sed ubi uidit tantam animorum mutationẽ dimissa ꝓuincia: mari ĩ ꝓximá brutiorũ regionẽ cõfugit: unde postea Romã se cõtulit. Eius discessu auximani: deinde ricinatẽses cõmuni omniũ cõsensu finitimoq; exemplum secuti: ad Frácisců desciscunt. Præfecerat uitellius nõ tã ꝓuinciæ eius arcibus singulis q; aliis etiá permultis in umbris atq; æthruscis: quæ Eugenii p̃sidio tenebant: ricinatenses ciues: quos ciuitatis primarios cognouerat: quoscq; sibi fideles fore existimabat. Ea igit urbe recepta: Frácisco p̃fectorũ familias cõprehẽdi: ipsiq; arciũ ꝓuinciæ p̃fectis enunciari mox iubet: nisi arces cõtinuo dediderũt: suos morte passuros. Quo illi metu territi oppidanis adhuc in Põtificis fide permanẽtibus arces dedidẽr: Nam & Firmanã arcem quod Firmani Girifalcũ appellant: quoq; urbs ꝓuinciæ primaria habet: & Asculanã in ultimis ꝓuinciæ finibus positã cæteraq; cũ ipsis ẽt urbibus conse cutus est: Quod tãta celeritate factum est: ut qntodecimo ferme die posteaq; in picenũ aggr uentũ est: uniuersa prope ꝓuincia in eius deuenerit potestatẽ: ipsa ẽt Ancon urbs antiqua portuq; nobilis & picẽtiũ caput stipẽdiaria ultro facta. His rebus gestis iã ĩ umbria atq; ĩ iferiore æthruria tumultuar urbes quæ Eugenio põtifici parebãt: & nouis rebus studere cœperũt: & non nullæ studio partiũ de deditione ad Frácisců mittere: eiq; ut ad ea loca trãsiret: persuadere. Sub idẽ tẽpus Nicolaus Fortebracius q nõ multo ante sub eo põtifice militauerat: alienatus q; se ab eo insidiis petitũ cognouerat. magno tumultu tibur occupauit: oppidisq; q̃pluribus Romæ ꝓximis in potestatẽ redactis: grauissimũ Romanis bellum inferebat. Huic oppositus erat Michael attendulus rei militaris disciplina Fortebracio nõ iferior Verũ cũ cæterarũ rerũ ac maxime pecuniæ qbus bella administrãt: copia nõ suppeteret: Et iã nõ semel defraudati stipẽdio milites necessario segni militia fũgerẽt: ægre hostẽ sustinebat: & ob eã causã nutãtibus omniũ fere populorũ animis & ad defectionẽ inclinantibus: posteaq; in Pontificis auxilio parum

ſpei eſſe cernebatur: q̃bus braciana factio erat inuiſa: hi tutiſſimũ ſibi refu
giũ in Frãciſci Ephortiæ præſidio eſſe cenſebãt. Franciſcus aũt hoc rerum
ſucceſſu animo erectus ſtatuit occaſione tantæ rei nõ ꝑtermittere: ſed iam
parta armis firmare: & uocantiũ amicor̃ cõſilia ſequi: uireſq; circa ea loca
quoad poſſet: extendere. Itaq; ꝑ hyemem quantis potuit copiis ad eũ noui
opimiq; belli fama cõfluentibus nõ multo argẽto exercitu aucto: appẽninũ
per Camertiũ fines in umbriam traiecit: & primi Tuterdes quorũ urbs in
umbria ẽ egregia: miſſis legatis: ſeſe ei dediderũt: ꝓcedẽti deinde ꝑ eam pro
uinciã Sabinoſq; & ĩ interiorẽ æthruriã trãſgreſſo facti ſũt obuiã Interam
nẽſes: Tudertiũ exemplũ ſecuti: Amerini Tuſcaniẽſes & ꝓpinquiores urbi
Romæ Otriculani: Malianẽſes Surianẽſeſq; quor̃ arce fama nobili ꝑfecto
tradẽte qui ricinatẽſis erat patria: ſine ullo negotio potitus eſt: multa præ
terea oppida ignobilia partim expugnata diripuit partim ꝑ metũ uoluntа
riãq; deditionẽ in fidẽ accepit. Ingruẽtibus igit̃ undiq; periculis ꝑterritus
Eugenius: ac neceſſitate magis q̃ ex dignitate agi oportere ratus mittit ad
Frãciſcũ propere Nicolaũ Campanũ Epiſcopũ: q̃ poſtea cardinalis fuit: ut
quauis ratione eũ ſibi recõciliaret. Nec difficile fuit uolẽte impellẽ: quod
ille animo longe ſupra præſentem fortunam proſpiciens: & ad honeſta ꝓpẽ
ſior: cũ ſatis ĩ ꝑſentia haberet dignitatẽ ſuã: & exercitus incolumitatẽ poſſe
tueri: obtalis ab Eugenio cõditiones libẽs accepit. Cõuenẽ aũtẽ ut Franciſ
cus accepto Marchionatus titulo picenũ agr̃ legitimo iure poſſideret: Cæte
ra oppida quæ ĩ umbris atq; æthruſcis cepiſſet: tanq̃ Romanæ eccleſiæ ui
carius obtineret: cuius ẽt uexillifer conſtitutus: primarũ enim militiæ par
tiũ ea omnino ĩ Italia ſuprema dignitas eſt: quæ hoſtis occupaſſet: Eugenio
eccleſiæq; pergeret recuperare. His rebus ita cõſtitutis: Frãciſcus ad Micha
elem duo circiter equitũ millia: Laurẽtio attẽdulo & Leone Sphortia fra
tre ducibus: cõfeſtim mittit: qui ad eũ profecti ita torpẽtẽ Eugenii exercitũ
ac ſibi diffidentẽ ſubleuarũt: ut qui modo trepidarẽt: nec ſatis tutũ ſibi ſo
cum caſtrorq; munitiones arbitrarenť: hi ultro hoſtẽ ad pugnã prouocarent.
Montẽrotundũ primo opugnať adoriũtur: ſed oppidũ natura loci munitiſ
ſimũ: cum hoſtis facile tueref: Sphortiani duces ſoluta obſidione ad Tibur
caſtra firmant: quos inſecutus fortebracius: cõmiſto ad Homẽtũ prælio fu
ſus fugatuſque equites circiter ducentos amiſit. Franciſcus interim Monte
faliſconẽ quod oppidum Fortebracii ꝑſidio tenebat: obſidebat: Nec dubiũ
erat: quin Fortebracius ipſe breui eccleſiæ finibus pelleret: niſi Philippus
de fœdere inter Eugenium Frãciſcumq; icto certior factus: idq; molẽte ad
modum ferens: Nicolaum picininum cum uiribus ĩ æthruriã miſiſſet: qui
ꝑ ſimulationẽ curãdæ ualitudinis ad balneas ſenenſes uenerat. & quanquã
Frãciſcus ut ꝑdiximus: Faliſconẽ obſidione premebat: & Michael aduerſus
Tiburtinos caſtra habebat: Nihilo tamẽ ſecius Fortebracius nõ tam æthruſ
cum eccleſiæ patrimonium q̃ romanos cives & uetralla multiſq; aliis colũ
nẽſiũ oppidis: crebris incurſionibus uexabat. Et ob id ſiue q̃ Romani gra
uiſſima diuturni belli ĩcõmoda amplius pferr̃ nõ poſſunt: ſiue q̃ Picinini ĩ
æthruriã aduẽtus multor̃ animos a põtifice alienaſſet: Romæ ĩ dies omnia
turbulẽtiora erãt: nec ſanari ulla ratione hominũ mẽtes poterãt: donec cor
reptis armis infima plebs ſeſe ĩ libertatẽ aſſeruit: Eſt. n. natura mortalibus
inſitũ libertati ſtudeť & ſeruitutẽ odiſſe. Portæ urbis ꝑſidio firmantur: ex
cepta appia: q̃ Michael & ſocii cognito urbano tumultu tiburtina obſidio
ne exẽplo relicta: eo aduolãtes præmiſſis leuis armaturæ equitibus occupa
runt: eaq; preſidio munita ad diui Pauli Baſilicam cõſederunt: inde latiũ
late populabantur. Sed nec ſatis Eugenius auctoritatis habere uidebatur:
præſertim quia pontificatum pacatiſſimum a Martino ſuſceptum confe
ſtim ipſe magnis turbationibus inuoluiſſet. Iamq; concilium Baſileæ coge
bat: & quida eo cardinales profecti erant: Eugenius interim apud ſanctum

Grisogonũ obsidiebatur: quem ne inde abiret: omni aditu præcluso circũ sepserant: atq; ita aliquot dies indigna quæq; perpessus: tandẽ mutata uestẽ exceptus paruo lembo p tiberim inter iaculatiũ tæla ex utraq; ripa multis secũdo amne terraq; insequẽtibus Romanis: hostiã uix incolumis aduehit. Ibi triremẽ nactus Pisas inde florẽtiã petit: mox ad Frãciscũ mittit qui eum de iis quæ acciderãt: edocerẽt: mãdarẽtq;: ut uniuersi ecclesiasticæ dicionis populi eidẽ uelut præcipuo eius ecclesiæq; romanæ uicario ac uexillifero parerẽt. Romani aũt ubi Pontificẽ cõsequi neqerunt: in præsules reliquos ubiq; p urbẽ impetu facto: bona quæ adhuc illis a fuga superfuerãt: in præ dam uertũt: Nã multi partim amicoꝝ beneficio: in ꝓxima urbi municipia cõfugerãt: partim ĩ Hadriani molẽ sese receperãt. inde ad Picininũ legatos mittũt: q eũ ad accipiẽdã ꝓ Philippo duce urbis curã accerserẽt: donec ĩ ba siliẽsi cõuentu de põtificatu deq; ecclesiæ rebus decerneret. Quibus cogni tis: Picininus haud sibi cunctãdũ existimauit: quo minus amicæ urbi & for tebracio suæ factionis duci a duobus exercitibus pœne intercluso opem fer ret. Itaq; cõtractis magna festinatione copiis: ĩ umbriã repẽte irrupit: Explo ratisq; itineribus paucis diebus ĩ ueterbinoꝝ fines puenit: Fortebracioque ut erat ante cõstitutũ: uicinior factus nouũ & ipse aduersus Eugeniũ incẽ diũ excitabat. Nã Fortebracius urbis rebellione audita: factiscũ romanis cõ festim induciis: Picinino obuiam ꝓperauit. Sphortiani item de Picinini ad ũẽtu rumore plato: haud multũ morati: Appia porta Romanis tradita per põtes transtiberinæ regionis abire permissi: aliquãdo maiore circuitu quo tutius ꝓficiscerẽtur: e regione inferi maris ad Franciscũ contenderũt: qui paulo ante dimissa Faliscoꝝ obsidione ad Rispãpanũ nõ longe a Tuscania ut suis qui Romæ erãt: auxilio esset: cõcesserat: & fore euenit: ut eodẽ die & Michael Frãciscо ad Rispãpanũ: & fortebracius picinino apud ueterbium iungerent. Quibus coeuntibus ducibus uniuersæ duaꝝ ĩ Italia maximaꝝ ĩ re militari factionũ sibi inuicẽ infẽsaꝝ uires ad decertãdũ inter sese cõue nisse uidebant. Præerant enim hinc Frãciscus & Michael: Inde Picininus & Fortebracius factionũ principes: uidebatq; omnis fere Italia ad euẽtũ tatæ rei suspẽsa. Initio autẽ quanquã ĩsignes ꝓpe inter eos inimiciciæ insigneq; iniuriæ ĩtercedebãt: ac factionũ studia nõ tã ducũ q̃ militũ animos acuebãt. continuerũt se tamẽ cõplures dies legatis Philippi ducis id maxĩe conanti bus: ne duces quos sibi Philippus uendicabat: cũ alter gener quẽ ẽt filiũ ap pellãre solebat: alter copiaꝝ imperator esset: inter sese cõfligerẽt. At Frãcis cus ueterbinis quos uelut paternos hospites admodũ caros habebat: opẽ fer re cupiens: in eoꝝ ager incursionibus uastaret: motis castris e cõspectu bra ciani exercitus ꝓ eos campos qui uetrallam Veterbiumq; interiacẽt: ꝓfectus inter ea oppida ad diui Martini templũ cõsedit. Quare & Veterbinos sua propinquitate ab hostiũ populationibus tutos reddidit: & ut magna ex ꝓxi mis amicisq; oppidis commeatuũ copia ĩ castra sine periculo comportaret efficit. Cæteꝝ cũ inter duos exercitus cõtrariæ factionis duoꝝ ferme milliũ passuum spatia intercederẽt: ut est militãtiũ genus procax & cõtumeliis in temperãs: ultro citroq; conuicia iactabant: Et præ cæteris Fortebracius ip se multa de Frãciscо obloqui dicebat: quodq; eius milites nitidi & ad spe cula compti deliciis magis quã armis studerẽt: & cantandi saltãdiq; multo quã pugnandi doctiores essent. Addebat bracianos suos uestibus obsitos breui de tam cultis Shportianis triũphum acturos. Quæ cũ Frãciscо ex au dientiũ indignatione sæpius renũciarent. Nõ pati amplius potuit: quo mi nus ad Philippi legatos querelã deferret: adiiceretq; se Fortebratio ꝓpediẽ ostensuꝝ: an Sphortiani hastis galdiisq; pugnaꝝ didicissent. Itaq; rei indigni tate commotus aduocatis ducibus ordinumq; ꝓfectis: ĩ hũc modũ locutus est. Nullũ ego socii neq; uidi: neq; a peritis reꝝ audiui bestiaꝝ genus gigni: qđ nõ quandoq; feritate depositã: mansuescat. soli nebulones braciani sũt

ætate noſtra: quorũ inſolẽtia ſuperbía atq; temeritas augeaſ. Id uero malũ quæ peperit: aluit ét ignauia: qbus cũ hactenus illis res fuit: dum famæ per iactátiá ſtudét qua plura quá armis geſſerũt: magná ſæpe cladé intulerunt Soli ſumus cõmilitones qbus nec Bracianorũ laruæ timoré incuſſerũt: nec uani rumores nubé oculis obduxerũt. Potuiſtis me adoleſcéte duce ſternen té omnia Braciũ: a quo hi omnes habuere initia: apud Aquilá ad ĩternicio né delere: cuius p̃clari facinoris gloria effectũ eſt: ut nos tota pœne Italia ad unũ omnes capitali odio p̃ſequanſ: & ubi uirtute armiſq; ſuperaſ nõ poſ ſunt: dolis inſidiiſq; qbus artibus ſibi a natura ĩſitis ſemp ſtuduerũt: ad no ſtrá p̃nicié utanſ. Seſe Coclites & Coruinos ſinguli iactitãt. Nos uero leno nes Ganeoneſq; & infimos hominũ dicũt. huiuſmodi p̃bris & cõtumeliis ĩ ſectanſ. Deũ teſtor ĩmortalé: ſi ueſtra modo aperit ſententia: ſi is ad decer tandũ uobis paratus erit animus: quo ſemper hactenus quoſq; congredi au ſos obtriuimus: me inſequéti die prima luce collatis ſignis pugnádi copiá Bracianis factuꝝ: & ſiue noſtꝝ ſuſtinebũt impetũ: ſiue nobis inſequẽtibus terga dabũt: nõ prius cædẽdo deſiſtá q̃ uniuerſæ Italiæ oſtendá: bracianos fraude fallaciis iactantiaq; & nullis aut uiribus aut uirtute ad id nominis pueniſſe. Ná ſiquid adhuc laudis Nicolaus picininus adeptus eſt: id nõ ſuæ ſed Philippi ducis cæteroꝝ belli ducũ uirtuti & militũ robori tribuẽdum eſt. Memineritis aũt in primis me q̃ hactenus p̃ gloria proq; uictoria totiés una uobiſcũ cõflixerim: cũ hoc núc latronũ grege de uita deq; fortunis om nibus in certamé deſcéſuꝝ. Dici p̃fecto nequit: quáta omniũ alacritate ora tio hæc excepta: & q̃maximus eueſtigio ſublatus ſit clamor. Poſtero aũt die ante lucé omnes arma p̃tinus expediant: & quiſq; ſiquid pretioſi habeat: ſe ſe ornet: Frácíſcus edicit. Deinde inſtructa acie p mõtis decliuũ ĩ hoſtes ire cõtendit: Ex itinere Michaelem Troilũ & Zarpellioné cũ electa equitũ pe ditumq; manu p̃cedere agmen hoſtemq; nulla cunctatione ad ipſa uſq; ten toria adoriri imperat: ſeq; ſtatim cũ reliquis copiis ſubſecutuꝝ dicit. Inde inſpecturus ſiqui poſterius ſupereſſet: ad inſtruédá aciem ad poſtremos re dit: & circúſpectis diligẽtius ordinibus & ad ré gerẽdá cõfirmatis p̃ tépore militũ animis ad eos q̃ prope aderát: inq̃t: O cõmilitones timoré mittite: & uiitata animoꝝ alacritate atq; magnitudine ĩ hoſtes ignauos impetũ facite. Quibus dicti ad ante ſignatos p̃perabat: cũ urbanus Sanctoaloxius dertho nenſis ex Philippi legatis primarius: q̃ apud Picininũ noctem ſuperiorem egerat: fit ei obuius admiſſo equo metu ob rei nouitatem perculſus: & ad terrá ſeſe proiiciens: Franciſcũ ſupplex orare: obteſtarique uæhemẽtius cœ pit: ne tantum ſineret admitti facinus: neue Philippi patris res quæ ſuæ eſ ſent: in manifeſtá perniciem mitteret: prohiberetq; celeriter: ne ſui in Phi lippi milites manus coniicerent: & in prædam uerterent. Ad hæc Frácíſcus ſe experiri oĩo uelle reſpondit: an ferꝝ & arma tractare ſui milites ſcirent: conducere enim Philippi fortunis: ut eorum alter q̃primum cõtunderet: q; eo pacto eſſet utrunq; obſequẽtiorẽ habiturus: Sed cũ pacé urbanus depre cari nõ deſineret: At ego Frácíſcus ait: Si mihi mei paruerint: iam puto p̃li um cõmiſſum: nec facile dirimi poſſe: Verũtamé poſteaq̃ mihi p̃ tuas p̃ces urbane quẽadmodũ inſtituerá: perſequi nõ licet: Tubicen citus eat: qui ſi ii qui præmiſſi ſũt: nõdũ ĩ hoſtiũ aciẽ irruperint: pugnáq; ĩerint: iubeat: ne longius progrediantur: prælioq; abſtineant. His idcirco Franciſcus Tubici nem cum mandatis ad Michaelem miſit quod certo cõiectura exiſtimaret: iá ſuos ĩ hoſtes impetũ feciſſe: nec poſſe núciũ ita uelociter ad Michaẽ pue niſ: quin eét pugnari cœptũ: & p̃liũ magno accẽſũ tumultu. Erat cõuallis quædá tráſitu p̃dificilis exuperáda: priuſq; hoſtibus p̃pinquaret. Du hac tráſeũt: diutius quam putarat Frácíſcus: ſui tardanſ. Quare aduolãte mox Tubicine: ad eius iuſſum ſubſtitere: ex quo factum eſt: ut Braciani q̃ paulo

ante Sphortianos maledictis superauerãt:ac deleuerãt:ingenti pauore territi:eorum cõspectum fere nequierint. Nam & si colligendi recipiendiq; sui satis erat spacii datũ.eo p̃cipiti tamen tumultu secesserunt:Vt equorũ lora cõplures succiderint:multisq; relictis sarcinis:Vetralá celeri cursu nullo ordine nulloq; imperio sese receperint:& circa eius oppidi munitiões castra posuerint:ita maxima ac indubitata uictoria de bracianis precibus legatorum Frãcisco extorta est.Ferũt Picininí Sphortianis ordinibus conspectis omni bellico ornatu instructus dixisse.En aspicite quali comitatu qualiue familia Mediolanensiũ ducis filius ad nos uisendos properat. Dein in Fortebraciũ cõuersum acerbissimis eũ uerbis increpasse:qđ sua petulátia Franciscum temere lacessendo ĩ se cõcitasset.Signo igit̃ receptui dato. posteaq; in castra reditũ est:urbanis cæteriq; Philippi legati duces utrosq; cõuenire deq; concordia rursus maiore adhibita opa agere cœperũt:Inter reliqua ab Francisco postulabãtur:ut ab inferendo deinceps Eugenio pontifici bello sese braciani abstinerent:neue ulterius aduersus urbẽ Romá progredirent. Quod illi & si Mediolanẽsiũ legatorũ testimonio & iureiurándo recepissent tamẽ motis intẽpesta nocte castris Romá cõtenderũt.Orta uero prima luce Franciscus hostiũ cognita profectione insequẽdi cõsiliũ ĩtermisit: ratus id quod erat:tátũ eos iá itineris confecisse:ut nõ facile cõsequi posset: sed ad uersus Falisconẽ rursus ducit oppidúq; oppugnare aggressus:spem sibi fecerat hostes non diu ad ferendá obsessis opẽ moraturos:atq; illud quod maxime optabat:futurũ ut iusta acie ĩter sese cõfligerẽt.Verũ ea res nihil eos ab ĩceptis deterruit:urbẽq; petẽtes cũ Romanis quẽadmodũ inter sese uiuẽdum esset:trásegerũt.Deinde per Miluiũ pontẽ trans Tiberim exercitu ducto in Sabinos irruperũt.Mallianũ primo aduentu:qđ oppidũ Frãcisci præsidio custodiebatur:territis oppidanis ad defectionẽ cõpulerũt. Braciani Malliano potiti:Otriculũ Frãcisci ẽt præsidio firmatũ inuadũt. Troilus & Zarpellio ad tuẽda amicorũ oppida cũ cohortibus p̃missi:ĩ quibusdam Narniẽsiũ municipiis alter capitur:alter obsidetur. Quibus rebus cognitis Frãciscus qđ Narnienses quoq; ad defectionẽ ĩclinare audierat:relicta confestim Falisconis oppugnatiõe:itineribus nullo tp̃re ĩtermissis ad hostẽ ire cõtendit:sumptoq; ex itinere oĩ peditatu equitatuq; nõ multo Michaeli ĩperat:ut iustis itineribus cũ reliquo exercitu subsequeretur.Ipse autẽ Narniá ĩgressus ciues ĩ fide cõfirmat:quos iá recepisse intra urbẽ Picinini legatos:& de deditõe ĩter sese studio ptiũ cõtẽdere reperat:ĩ hostẽ ire pgit:& p mõtana loca peditẽq; equitẽ accõmodatiora hostiũ castris appropiquat.Exterruit nõ mediocriter bracianoꝝ animos tã repentinus Franciscí aduẽtus cũ illũ priusq; de Falisconе mouisse cognouissent:in eorũ cõspectũ aduenisse cernerẽt.Itaq; Otriculanorũ & zarpellionis obsidione dimissa circa ipsa Malliani mœnia cũ oĩbus copiis subsederũt.Franciscus cũ ad eum iam Michael pueniset:Narniá p̃tergressus sub ipso Otriculanorũ oppido secũdũ flumen Tiberim castra locat:& adeo prope hostiũ munitiones accessit:ut a Bracianis castris nõ amplius duobus millibus passuũ abesset.Erant autem exercitus utriusq; res in eá hominũ opinionẽ redactæ:ut Sphortiani cũ uiribus & omni copia rerũ tum militum animis longe superiores putarent. Contra uero bracianos & commeatus & pabuli copia deficiebat: qui cum pugnam omnino detractarent:sese munitionibus continebant.Nec iis si in deabire conarentur:facilis haud tuta dabatur castrorum mutatio: quod a fronte hostilis instabat exercitus.latere ab altero flumen obstabat.& ab altero & post terga asperi illis & poene inuii montes impendebãt. Quibus rebus fiebat:ut Frãcisco tũc facilia secundaq; oĩa esset:nisi eius felicitati fortuna inuidisset.Ná paucis post diebus ppetuis grauissimisq; affectus fibribus optimũ iudicauit:omissis belli curis ualitudiné oĩ studio curare.Et q̃q̃ Michaeli nec rei militaris sciẽtia nec auctoritas deerat:tamẽ nihil magniag

Otriculum

Troilus & Zarpellio

gredi absente Francisco ausus satis habere uidebatur: si dum ille cõualesce ret: incolumen rei sũmam seruaret. Inter hæc Philippus p legatos inter hos duces de pace agere nunq̃ desinebat: & tanto eam ipsam ré studio efficiendam curabat: ut eodé tpre septem eius legati eadé de causa in his castris reperti sint: Ná tum maxime Philippi copiæ quas ĩ Flaminiam Bononẽsibus auxilio miserat: a potẽtissimo uenatoꝝ Florentinoꝝ exercitu adiunctis cæteris quos uel odiũ uel metus stimulabat: ꝓmebantur: & ob eá ré illud ĩ primis efficiendũ studebat: ut Picininus cui maxime fidebat: ab æthrusco bello amotus ĩ Flaminiá reuerteretur. Legatis igitur id magnopere curãtibus & Bracianis idipsum cupientibus quod Franciscus ét a gerendis rebus ad uersa ualitudine prohiberetur: in has tandé conditiones uentum est: ut Picininus & Fortebracius quæ p ætatem in ecclesiæ finibus oppida occupabant: reuocatis inde ꝑsidiis Francisco pontifice Eugenio dimitterent. Ĩ Picininus in Flaminiam maturaret: & Fortebracius ad ea loca quæ ante ĩ æthruria atq; umbria possidebat discederet. Cõpositis rebus Fráciscus ui morbi pressus circa Kal. Sextiles Tudertũ defertur: exercitusq; in Tudertes hybernatũ deducitur. Picininus Philippi imperata faciens suis omnibus copiis ĩ Flaminiá traiecit. Fortebracius contra percussum nuperrime foedus Romá accersitus Romanis Hadriani molé oppugnare conãtibus auxiliũ allaturus transtiberim ĩtra urbé non longe a diui Petri templo cõsedit. Sed a Zarpellione eo cõfestim cũ equitatu ab Francisco ĩmisso pulsus: Iuernũ & Assisium quéadmodũ erat ante cõstitutũ: remigrauit. Cæteꝝ cũ esset Florentiæ Eugenius: & si per diuturna inteſtinaq; bella pecunia exhaustus grauiq; ĩsuper ære alieno pressus soluere Francisco ꝓmissa militiæ stipédia nõ poterat: tamen multa ab eo tentata sunt: quæ quietem pacemq; interturbare uidebantur: nam Bononienses quoꝝ in urbe túc cannetula factio principatum obtinebat: ui & armis cogere ad sua ĩperia conabatur. Ex quo turbationes ortæ sunt in Flaminia pergraues & poene ad bella reditũ. Bononienses enim ab eo uexati: ab Philippo auxilia in eam prouinciam accersierunt. Eugenius ob id maiore studio uenetos epistolis legationibusq; & Florẽtios cora hortari rogareq; enixius nõ desistebat: ut & auxilia aduersus Philippũ ĩ Flaminiá mitterent: & pecunia eũ iuuarent: qua Francisco stipédia penderentur: cum de suo ipse pẽdere non posset. Sed ad dinumerádũ pecuniá neq̃ adduci potuerũt: cũ diceret: se plurimũ dubitare: ne Franciscus cum Philippo & bracianis secreto sentiret. Placuit tamé eis: suas copias aduersus eas mittere: quas Philippus ĩ Flaminiá miserat: ne is maioribus ĩ ea prouincia uiribus cresceret. Itaq; Cathamelatá ueneti cũ magno equitatu ac peditatu & Florentini Nicolaũ Tholentinaté cũ oĩbus eoꝝ copiis eo proficisci iusserunt. Qui unũ ĩ locũ coacti castra apud Castellũ bononiense habebãt. Et Picininus ubi ĩ Flaminiá descẽdit: iis sibi copiis quas eo ut ostendimus: Philippus ꝓmiserat: additis: circa Immolá cõsederat: Itaq; ea castroꝝ propĩquitate nõ multis post diebus factũ é: ut cõmisso nõ lõge ab Immola ꝓlio: uenetoꝝ Florẽtinoꝝq; exercitus profligaret: duxq; copiaꝝ Florentini populi Nicolaus Tholẽtinas & Petrus Iohánes Paulus Vrsinus & Eustorgius fauetinus captiui mediolauũ ad Philippũ missi sunt: quoꝝ primũ Philippus retinuit: alios missos fecit. Insequẽtis aũt hyemis initio Eugenius recuperandæ urbis Romæ inire cõsilia cœpit: Ná Romanus populus pontifice tumo Florentiæ agẽte: quãtũ ea res sibi cõduceret: facile ĩtelligebat. & ob eá causam plærique pœnitentia ducti: admissa aduersus Eugeniũ flagitia grauiter obtestabãtur. Superant ciues admodũ pauci: quos grauioris cõscientia facinoris: & ueniæ despatio stimulabat & ob id nõdũ reuersis ad sanitatẽ mentibus armis opus erat q̃bus dubii cõfirmarẽt: & pugnaces opprimerẽt. Itaq; cũ p uim morbi adhuc Franciscus impediretur: quo minus ei negotio intendere posset: mittitur ad eum rei ipsius conficiendæ gratia Iohannes uitellius

patriarcha:quem picentibus ꝑfuiſſe diximus.Is a Franciſco parte copiarum ſumpta:quibus leonē fratrē præfecerat:Romā proficiſcitur:urbē ſine ullo negocio recipit:Franciſcus cōdulmarius cardinalis uenetus ac uicecancellarius Eugenii nepos quē in ipſa ciuitatis defectione Romani cōpræhēderāt ac in uinculis ad eū uſq; die retinuerāt:liberatur.Sub idem tꝑus Camertes gens inter picentes admodū nobilis opibuſq; potens eoꝝ dominos ex Varana familia ab eccleſia romana ſibi olim impoſitos:ut erant prouinciæ eius reguli plærīq; & longa annorū ſerie ꝑ ſucceſſionem dominantes Berardi filios & Gentilempandulfum eorū patruū per publicū tumultū adorti inte remere.Res aūt quomodo habuit ut dilucidius appareat:paulo altius repetam Rodulfo Gentilis filio duæ fuere uxores:ex prima Gentilispandulfus & Berardus ex ſecūda Petrusgentilis & Iohānes nati ſunt Gentilispādulfus & auarus & crudelis:Berardus ingenio mitiore fratris ſuaſu mite bonūq; ingeniū in crudele mutauit & peſſimū.Duo hi ætate iam graues quod ſuis metuerēt liberis.a petroGentile & Iohāne fratribus minoribus natu: ne cū ipſi exceſſiſent e uiuis filios ſuos principatu ſpoliarent:& in ſeipſos cōuerterent:huiuſmodi in eos moliūtur inſidias.Erat legatus in picentibus pro Eugenio pontifice Iohānes uitellius:de quo ſupra mentionem facimus animo ingenti & ingenio ſubdolo & ad omne facinus prōptiſſimo:Is ꝓmagnū auri pondus pactus de iterimendis fratribusPetrogentile ac Iohāne cogitās rei cōficiendæ cauſa Sanctū ſeuerinū quod oppidum diſtat a Camerio decē millibus paſſuū:ſe recepit quattuor fratres ad ſe accerſit:ſeniores duo aiūt ſe ex pedibus laborare hortātur minores duos quod & iuuenes eſſent:& omnem laborem ꝓferre poſſent:eo accederēt. Iohānes q erat ex oībus natu minor & acriore quodā īgenio reſpondit:ſe nullo pacto ad legatū iturum At Petrusgentilis qui ingenio erat facili & manſueto : & ſibi nullius conſcius culpæ:perlibenter iturū:& quid ille ſibi uellet:auditurū & fratribus renūciaturū dicit ex cōpoſito ea hora Camerino diſcedit: ut Sanctū ſeuerinum ueſperi ingrederetur:quo ubi peruentū eſt:ita oppidi portæ occluduntur: ut nullus Cameriū ꝓferri nuncius poſſet.Mane at Gentilis ac Berardus re omni cognita in ipſius Gentilis cubiculū cū uix dum illuxiſſet: Iohāné fratrem accerſi iubent.Is aūt nihil mali ſuſpicās:uenit ad fratres. Tum Gentilis ut cām honeſtā aliquam ꝓberet facinori:exclamare coepit. Tu Iohannes ea omnia machinaris aduerſus Romanam eccleſiam:quibus & te & nos perditum eas.Tum ille ut erat animo minime ignauo reſpondit cōtinuo:quæ loqueris non intelligo ſomniare profecto uideris mihi quibus dictis cōuertitur ide habituſus:Sed cum hoſtium cubiculi egrederetur:qui Satellites a Gentile ac Berardo ad terrendum atrociſſimūq; facinus ꝓpetrādum ī iſdiis locati fuerāt:īnocētiſſimum iuuenē gladiis aggreſſi pluribus cōfectum uulneribus īteremerunt.At uitellius Petrūgentilē Ricinatū ꝓduci ac publice obtruncari iuſſit:ea īſimulatione:quod diceret illum pontificalē nūmū deprauaſſe:& æs pro argento atq; auro expendendū fabricaſſe.His facinoribus ex ſentētia duoꝝ ſuppoſitum fratrum ꝓpetratis principatus q quattuor fuerat:ī duos diuidit Gētilēpandulfum ac Berardum:Berardus illico Tholentinū qđ ei ī parte cōtigerat:ſe recipit:oppidū ſane amoenū & ad oēs Picentiū motus maxīe opportunū.Id oppidū prius Iohāni ī portionē obuenerat:is qa phumanum atq; liberalē ī oppidanos ſe ꝑſtitiſſet:ab oībus mirifice amabat.Quo factum ē:ut a qbuſdā oppidanis q Iohāni cariſſimi extitiſſent:accerſito Foſchino cotignolano:quē Frācicus Sphortia picētibus ꝓfecerat:Berardus obuiā cū uniuerſo populo ad eū repellēdū uelut īfeſtū uenīēte ꝓgreſſus īpetu facto iterfectus ſit.Quæ qdem res & ſi reliquo populo atrociſſima uiſa ē tamē ob recēte Iohānis nece æquo aīo tulerunt:nec multo poſt Camertes quoq; Gentilispandulfi ac Berardi in fratres crudelitate & impietate permoti publico etiam tumultu inſurgentes ; & Berardi

filios & ipsum ẽt Gentilẽ pandulfum facinor̃ omniũ & autorẽ & ducem p̃
multa actuaria supplicior̃ ludibria necauerunt. Id quod diuino quodã iu
dicio esse factitatũ una atq; eadẽ fuit omniũ opinio: pſertim qđ nõ multis
post annis principatus rediit ĩ filios eor̃: qui inocentissime perierant. Petri
gentilis & lohánis Camertes igitur regulor̃ iugo liberi qđ̃ p̃ se remp. tueri
posse diffiderent: missa paulo post ad Franciscũ legatione: ei tributarii facti
certis legibus uiuere pmissi sunt. Per idem tp̃us Ludouicus andegauiensis
qué abdicato Alphonso lohánã reginã adoptasse: sibiq; in regno succesſorẽ
instituisse initio docuimus: bellũ aduersus lohánẽ antoniũ tarentinor̃ prin
cipem gotholanas partes sequentẽ: Iacobo caudola duce: magnis copiis ges
serat. Vex̃ bellicis ĩcõmodis insuetus & caloribus maximis in appula regiõe
cõfectus in graues perpetuasq; febres incidit: & Cusentiã in ulteriores bru
tios rediit: unde prius reginæ iussu discesserat. Vbi paucis post diebus ma
gnitudine morbi pressus: excessit e uiuis. Eius obitus ob mansuetũ miteq; ĩ
geniũ quo plurimor̃ uolũtates sibi facile cõciliauerat: magno uniuersum
prope regnũ mærore affecit: magnáq; factioni andegauiensi retinẽdi regni
curã intulit. Redierat superioribus annis feruente adhuc gallico bello ĩ Si
ciliã noua classe Alphonsus: sperãs fore: ut uel ab lohána uel ab factionũ al
tera rursus in regnũ accerseretur: quã quidẽ spem nõ modo aluerat Philip
pus: uex̃etiã auxerat: persuaserat q; Regi ut ĩ Italia reditũ maturaret. Quod
non eo certe cõsilio fecerat: ut Regiæ in Italia uires inualescerent: sed ut ab
se euocati regis amicicia uenetis timorẽ incuteret. At cõposita postea pace:
tum demũ patuere animi patuere doli. & simulationũ plena fuisse omnia:
cognitũ est. Nã statim languescente priore amicitia: aliter uterq; sentire ali
ter loqui: & cõtraria cõsilia agitare: & in mutuã sæpe pernicie multa moli
ri. Verũ mors Ludouici spem Alphonso adeundi regni magnopere adauxit
Proinde amicos hortari: Aduersarior̃ uero alios propositis pmiis sibi con
ciliare: alios minis terrere nõ cessabat. Cæterũ initio anni eius qui subsecu
tus est: quod nõ tam Philippi quã uenetorũ Florentinorũq; omniũ animi
belli magis quã pacis artibus intenti uiderẽtur: tum maxime uenetiFloren
tiniq; societatis fœdere iuncti: apud Eugeniũ pontificẽ instare uæhemẽtius
non desinebãt: ut Franciscus Sphortia bello quod aduersus Philippũ gestu
ri essent: dux p̃ficeretur: pmiũ ob eã cãm quodcũq; magnũ dependuri. Nec
minus & ip̃or̃ & Philippi ité legati Tuderti apud Franciscũ agentes multis
maioribusq; quã unq; antea: cõdicionibus delatis utriq; contrariis studiis
suarũ partiũ facere innitebãtur. Sed ille & p̃teritarũ rerũ memor & quod
iã cõpertissimũ haberet: tãto Philippũ studio Nicolaũ Picininũ prosequi:
& illũ tãtã sibi auctoritatẽ sumpsisse: ut perdifficile foret: se non modo pri
mas apud Philippũ partes: sed ne qdẽ æquas habiturũ: cum minime fieri
posse cõstaret: ut duo belli duces sibi inuicẽ æmulates idẽ sentirẽt: statuit
in p̃sentia certiora potius q̃ spem antea nõ satis firmã ab se cognitã sequi:
Itaq; hortãte pontifice istãtibus uenetis Florẽtinisq; simul & suis ité oĩbus
id magnope cupiẽtibus: Captabrigæ equitũ p̃fecto: & scribæ cõtucio peru
sino quos Florẽtiã ad pontificẽ ea de cã legatos miserat: scribit: ut quod de
icundo fœdere eis mãdauerat: scriptis tãdẽ firmarẽt. Quo fœdere cautũ est
ut põtificis ecclesiæq; romanæ Frãciscus ut prius fuerat cõstitutũ: foret ue
xillifer: piceni agri & a sũmo pontifice & cardinaliũ collegio Marchio de
claratus eam ꝓuinciã iure optimo possideret. Tudertinoru insup Tuscanié
siũ & alior̃ quoruãdã ĩ æthruscis atq; umbris oppidorũ uicarius esset perpe
tuo cõstitutus. Cæteris uero oppidis cederet: quæ ecclesiastici iuris obtine
ret. Præterea ab uenetis Florentini q; eqtũ triũ milliũ & peditũ mille stipẽ
dia ĩ biẽniũ accipet: copiar̃q; oĩum quæ apud eũ bello gerẽdo ꝓ uenetis ac
Florẽtinis futuræ ẽẽnt. Imperii sũmã obtĩeret. Postrẽo rex̃ ear̃ oĩum quas
ubiq; in Italia possideret: uenetis Florentinisq; suo sumptu præcipue foret

tuendaꝝ curæ. His rebus cõstitutis: Eugenius Francisco ĩperat: ut Fortebracio Romanæ ecclesiæ omniũ infestissimo bellũ inferat. Cõplura. n. & ĩ umbris & ĩ æthruscis ecclesiasticæ dicionis oppida eius præsidio tenebãt: quorum erãt Assisiũ: Tifernũ: Falisco: & Tibur primaria: quibus ex locis cuncta per regiones crebris incursionibus ꝑuadebat. At Franciscus & amicis ferendæ opis & cõprimendi hostis maiorẽ in modũ curæ intentus pontem in Tiberi faciẽdũ censuit: ut iis qui ĩ inferiore æthruria a Fortebracio premerẽtur: auxilia submittere posset: cũ neq; uada ad trãseundũ reperirẽtur: neq; pons integer ullus superesset. Nã qui lapideus fuerat urbi proximus siue fluminis ĩpetu absumptus siue uetustate collapsus siue humana ui demolitus iampridẽ corruerat: quarũ rerũ necessitate coactus: quod nulla nauigiorum ꝑ loca transeundi fluminis facultas dabatur: cõstruendi pontis rationem excogitauit: eamq; inusitatã & memorabilẽ. Octo. n. pergrãdes ualidosq; funes pro fluminis latitudine ex fulginatico lino: ubi eius generis copia est ĩmensa: faciendos curauit. Ex his sex a uestigiis pristinisq; diruti pontis molibus distentos ita direxit: disposuitq;: ut quattuor æqualiter substerni coniungique possent crassioribus tabulis & itẽ utraq; ẽt latera reliquis paulo altius dispositis funibus muniebãtur: & ne pons ob fluminis latitudinẽ fluctuaret: asseres cõplures instar colũnarũ ad firmitudinẽ machinis infixit in flumen. Eo ponte ꝑfecto cũ omniũ admiratione ac stupore propter celeritatẽ facilitatẽq; operis copias traducere cœpit. Iam uer aderat militaria pontificis uenetoꝝ Florentinoꝝq; signa ad Franciscũ delata magna celebritate accepta grande ad ornandũ exercitũ argenti pondus e Florentia afferebatur: cũ ei renunciatũ est: Fortebraciũ ut erat ad dicacitatẽ alacer: iactare & palam pronũciare cœpisse eius sese pecuniæ partẽ sibi omnino uendicaturũ. Auro igitur Cortonã allato: Franciscus delecto equitatu ac peditatu quẽ satis aduersus hostẽ esse arbitrabatur: eo ꝑ fines perusinoꝝ proficiscit. Ex itinere Fortebracio & profectionis causam: & qua sibi eundum redeundumq; esset: renunciari iubet: ut si de pecunia illa partienda quicq̃ cogitasset: obuiã prodiret. Sed ille nihil præter magnifica gloriosaq; uerba conatus Assisii se cõtinebat. Franciscus accepta non longe a Cortona pecũia Iudertum reuersus in milites distribuit: quos sũma festinatione exornandos curat. Thalianũ foroiulianum præterea nõ obscura tunc inter militaris disciplinæ ductores fama cũ sexcentis equitibus mercede cõducit. Nã Michael a lohãna accersitus in Appuliã cõcesserat: & Laurentius ingrauescente iã ætate: uelut militiæ emeritus: militibus Francisci curæ relictis: Ferrariã se cõtulerat: ubi rem familiarẽ ad sustentãdã senectutem parauerat. Vt uero primũ pabuli copia in campis adesse cœpit: exercitũ apud Fracticellã cœgit quod ẽ oppidũ nõ lõge a Tuderto: ubi dies cõplures ea de causa cõsumpsit. Deinde in assisinos duxit: quorũ urbs ualido Fortebracii præsidio seruabatur. Et quãq̃ Francisco nulla spes erat ꝑ oppugnationẽ eius potiũdæ urbis situ ꝑsertim ac muro munitissimæ. Futurũ tamẽ sperabat: Fortebraciũ ipsum aut pudore aut necessitate cõpulsum sibi aliquãdo ꝑliãdi potestatem facturũ. Itaq; expugnatis castellis q̃busdã in eo loco castra locat: ubi sacellũ est Matri Mariæ uirgini dicatũ: & diui olim Francisci domiciliũ: ubi Angelorũ habuisse uisiones credit: & ob id Fano ipsi Sanctæ Mariæ angeloꝝ nomẽ inditũ ẽ. Hinc Frãciscus crebris ad ipsas usq; urbis portas ĩcursiõibus. Assisinos ĩfestabat: Inclusũ hostẽ ĩ ꝑliũ ꝓuocabat: tẽtabatq; multis modis: si forte equũ ĩ cãpũ allicere posset. At ille uiribus ĩpar nũq̃ eduxit. nunq̃ urbanas munitiones egressus pugnandi copiam fecit. Inter hæc crebri in æthruriam rumores afferebantur. iam Picininum ex Cisalpina gallia magnas Filippi copias ducentem mouisse: & in Flaminiam properare Franciscumque filium cum parte copiarum in æthruriam missurum. Quam ob rem placuit Eugenio: & Florentinis: ut Franciscus dimisso. aduersus

Fortebraciũ bello in Flaminiã contra Picininum obuiam proficisceretur. Verebãtur.n.ne subactis iis regulis qui Romanæ ecclesie in Flaminia parebant: Picininus in æthruriã aut in agrũ picenũ trãsiret. Sed ea res Frãciscũ magnopere angebat: qđ uideret suo discessu uniuersam ꝓpe umbriã hosti præde relinqui: præsertim si Franciscus Picininus Fortebracio: ut dicebat iungeret: qui ꝓhibentibus nullis impune per regiones uagaturi essent. Quare ut tanto prouincie periculo occurreret: uisum est Leonẽ fratrẽ cũ equitibus mille quingẽtisq; peditibus in regione ea dimittere: qui Tudertinos cæterosq; populos ab hostiũ incursionibus populationibusq; tueret: egitq; præterea cũ Eugenio: ut uitellius cũ ecclesiasticis copiis quas aduersus Faliscos habebat Leoni adderetur: quo hostẽ maioribus copiis præssum maleficiis iniuriisq; ĩferendis facilius prohiberent. His rebus cõstitutis: Franciscus per agrũ perusinũ atq; Tifernatẽ iter faciẽs: ad id oppidũ peruenit: cui Burgo Sancti Sepulchri nomẽ est: quo in loco cũ exercitu cõstitisset: secusq; Tiberim milites tendere iussisset: exemplo abortis nubibus uestiri cæluni & serenitas in caliginẽ uerti cernitur: ingentesq; cõtinuo imbres ab ipsius usq; Appẽnini cacumine torrẽti adeo ĩmenso præcipites ferri: ut qui exiguus admodũ esset antea Tiberis alueus in cumulũ ingentẽ excresceret: uniuersusq; exercitus ea illuuione obrutus & ad internitionẽ delectus fuisset: nisi Fufresinæ nobili loco natæ & animo ingenuo mulieris beneficio adiutus: se a tãta calamitate eripuisset. Nã illa cũ ad montis radices oppidũ possideret: & amnis uim naturãq; lõgo usu probe intelligeret: cognito periculo opportune Franciscũ per nunciũ edocet ut ab ĩminentissimo exitio & sibi & suis prospiciat: Nec tamen mulieris nũcius admissa equa ad Franciscũ paratis mensis lotisq; manibus iamiã cœnaturũ prius uenit: & mandata exposuit: quã iam erumpere amnis horrida rapacitate formidabilibusq; uorticibus circũiectos cãpos inundare ac terras alte lateq; diluere: & rapere oĩa: uastareq; cœpisset: quo nũcio & subito portento territis omnibus: mox totis castris concursatur: & ingens exorit trepidatio: & mortis formido oẽs inuadit. Refigunt alii tentoria: alii arma capiũt: & qcqd sibi carius erat &: primum offerebat: corripientes in proximos editioresq; tumulos confugiunt. Alii in ephippiatos equos succisis loris insilientes. eodẽ se recipiũt. Fuere nõnulli quos undiq; torrentis rapacitas aut ipso ĩpetu corripuit: aut dũ cũ rebus sibi carissimis enatare: aut ad ꝓximas arbores euadere conant: absorbuit: & ita non arma solũ permulta atque tentoria & res ꝑciosissime: uerũ ẽt equi ipsi ac uiri ui aquaꝝ enecti perierunt. In tãta ãt reꝝ difficultate ac formidine nox ipsa tãdẽ supueniens terribiliora fecit oĩa: isomnis & sũma cũ aĩoꝝ molestia exacta. Vbi uero illuxit: tũ omnes singillatim detrimẽtis quæ acceperãt: cognitis: maiore quadã aĩoꝝ ægritudine sunt affecti: cũ circũquaq; exqrentes arma ac uestes ornamentaq; cætera quæ amiserãt: non mõ ea nusq̃ inuenirent: sed ne uestigiũ quidem ullũ in quibus locis antea cõstitissent: recognoscerent. Et usq; adeo turbulẽtissimus fuit impetus ille aquaꝝ: ut oĩa euerterit: & cũ saxis & luto tũ etiã arboꝝ truncis & trabibus cũcta oppleuerit: atq; fædauerit. Fuit is sane Francisco casus cladi ab hoste acceptæ similis: ut eũ plures dies per ea loca ad reficiendũ tot detrimentis exercitũ tardauerit. Picininus interim in Flaminiã contendere: & iã adesse nunciabatur: quibus quibẽ rumoribus cõpulsus Frãciscus magna celeritate appẽninũ superat: & tridui peracto itinere Cæsennã appulsus Sigismundum pandulfum & Dominicũ mala testas fratres ariminenses cũ copiis sibi asciscit. Dein ad flumen Sapim aduersus Picininũ trãsire conante castra firmat. Vtq; omni trãsitu hostem prohiberet: qui in agro Foroliuiano cõstiterat: & per montanos saltus iter in æthruriã facturus dicebatur: ea quoq; itinera intercisis ubique arboribus multaq; alia adhibita materia interclu denda custodiendaq; curat. Venerat.n.in Flaminiã Picininus cum exercitũ

fresina nobilis

mũdatio tyberis
Francisco pnitio-
issimo

non modo ſuis ſed aliis etiam multis Philippi copiis munitiſſimo. Franciſ
cus uero multo minoribus illi ſeſe Sapi intercedente amni oppoſuerat: ex
pectans affuturas propediē promiſſas a uenetis Florētiniſq; copias: quibus
auctus hoſti apertis campis reſiſteret. Sed cū nihil inde auxilii ad eū mitte
retur. Picininus crebrius nunc flumen repertis uadis traiicere tentabat: nūc
Appenninū accito ad ulteriores eius montis radices Fortebracio ut inde ui
am aperiret: tranſire conabatur: nouos in æthruriā umbriāq; motus excita
turus: & ob id Franciſcus deſtinere artibus hoſtē diutius q̄ putarat: non ſi
ne ingenti ſuo exercituſq; periculo cogebatur. Ponte interea in eo flumine
mille ab urbe Cæſenna paſſus edificari curauit: quo & pabulatum trans flu
men mittere: & hoſtem quandoq; adoriri poſſet. Eo cōfecto Ponte leuia in
terdū p̄lia cōmittebant: & in his Franciſcus Picininus: & cum eo Sacramor
Parmenſis ex Philippianis ductoribus unus: dū per inſidias hoſtilis exerci
tus pabulatores adoriri inniterentur: a Troilo & Zarpellione qui illis præ
ſidio erāt: p̄fligātur: & in fugā cōiiciūtur: maiorq; eor̄ pars cum ipſo Sacra
more capit̄: quor̄ ſupra eqtes centū numerus fuiſſe affirmat̄. At ubi Forte
bracius oībus p̄cluſis additibus nihil per eos ſaltus proficere poſſe uidet: Ti
fernū regredit̄. Interim fit a Corrado trincio fulginati tyrāno multis nun
ciis certior: leonem Sphortiā qué cū equitatus peditatuſq; parte p̄ſidio in
umbris a Frāciſco relictū diximus: paruo negocio opprimi capiq; poſſe cū
uniuerſis copiis: nulla. n. munitione caſtra haberi: uigilibus nullis cuſtodiri
excubias nullas fieri: Speculatores nullos circūmitti: oīa per ſūmā negligen
tiam atq; īertiā adminiſtrari: quibus cognitis rebus Fortebracius ſupto ex
pedito equitatu de prima uigilia mouet: & q̄ maximis p̄ōt nocturnis diurniſ
q; itineribus aduerſus leonē cōtendit: & non multo tēporis ſpacio ſexagita
circiter paſſuū millia emenſus ſub ip̄m prope meridiē ſentientibus nullis
ī leonis caſtra peruenit: eūq; nihil hoſtile timentē: quod hoſtē lōgius abeſſe
putaret: incautū inermēq; opprimit: nec minus milites oīs iermes dormiē
teſq; occupat reſiſtentibus nullis Leo ipſe cū magna militū partē capitur.
Pauci admodū qui initio fugæ ſe mandarant: ī p̄ximū Mōtēfalcum euaſer̄
quor̄ ī numero fuit Francutius Sanctoſeuerinas ex præfectis equitū uir for
tis & manu promptus. Fortebracius caſtris potitus fulginatiū ēt auxilio fre
tus ad montēfalcū obſidendum: quod eſt umbror̄ oppidū non longe a Ful
gineo poſitū: ducit: Oppidani implorato ab uitellio auxilio obſidionem ali
quandiu ægre ſuſtinent. Vbi uero nihil opis ferri & oīa fere ad ſalutem ne
ceſſaria deficere uidēt: impetrata p̄ſidii incolumitate: facere hoſti deditio
nem. Sed Francutius qui ſe tutū ob fidē ab hoſte datā fore exiſtimabat. ſub
miſſis a Fortebracio percuſſoribus: non p̄cul ab caſtris per inſidias ſūmāq;
p̄fidiā interficitur. Ea uictoria elatus īſolētiorq; factus Fortebracius ī Picen
tes animū cōuertēs traducere eo copias conſtituit. Itaq; Camertem inuadit
agrū: ubi nō nulla primo impetu municipia dedentibus ſeſe municipibus
occupat. agroſq; longe lateq; populatus ipſam demū caput gentis urbē om
ni uacuā p̄ſidio incurſionibus uexare coepit: ut ea ſubacta liberior īde ſibi
ī agrū Picenū pateret aditus. Hac nūciata clade grauiſſimo aī uulnere Frā
ciſcus percutitur: Nā p̄ter fratris quor̄dāq; alior̄ captiuitatē ac cædē diſſi
patosq; milites: plurimū uerebatur: ne uictor hoſtis camertibus ſuā ī ſentē
tiam actis: ī agrū picenū deſcēderet: & p̄uiciā defenſoribus uacuā mobilita
ti ſua natura obnoxiā facile p̄turbaret: ac oīa tumultu terrore; p̄miſcens
ad defectionē populos īpelleret. Itaq; pontifice magno ſtudio iſtate a uene
tis īpetrat: ut promiſſæ tādē ad ſe copiæ mitterentur: quæ non multo poſt
magna celeritate: Cathamelata & Thadæo æſtenſi ducibus ei ſeſe iunxerūt
Florentini quoq; pauloante ad cuſtodiendos Appēnini aditus: ne hoſtis ut
demonſtratum eſt: in æthruriam penetraret: Chriſtophorum Tholentinatē
Nicolai filium cum duobus Iohāne & Baldoino fratribus miſerant.

Franciſcus ut & Camertibus amicis grauiter laborantibus q̃ celerrime auxi
lium ferret: & imminenti picentium periculo occurreret: Thalianum foro
iulianũ & Mãnum barrilem ex ueteranis equitũ præfectis de quo ſuperio
ribus cõmentariis mentionem fecimus: cũ ſuis copiis ei profectioni deſtina
uerat: quibus nõ nullas etiã de exercitus numero turmas addiderat. Hos au
xiliaribus uenetoꝝ copiis firmato exercitu in picenũ mox maturare iubet:
& quid ab eis fieri uelit: oſtendit. Hi poſteaq̃ eo puenerũt. Alexãdro Sphor
tiæ Franciſci germano fratri: qui ei prouinciæ præerat: & ſupra ducentos
iam eqtes ex multis delectos cõduxerat: ſeſe iunguntꝫ: ac delectu ex omni p
uĩcia habito ſpe benegerẽdæ rei alacres in hoſtem ire contendũt. Fortebra
cius aũt caput montis quod uocant camertium municipiũ haud procul ab
urbe ſitum ſũmo ſtudio oppugnabat: nec cognito hoſtiũ aduẽtu & caſtris
loci ſitu munitiſſimis & uiribus animoq̃ cõfidens deterretur. At Sphortia
ni duces ingenti animoꝝ alacritate ſuperata locoꝝ iniquitate eũ adoriũtur
Fortebracius qui ſe munitionibus continere cõſtituerat: hoſtiũq̃ impetum
ſuſtinere poſſe putarat: tamen ſuperatis ab Sphortianis munitionibus pu
gna decertare cõpellitur: nec diu hoſtes ſuſtinuere: ſed circũquaq̃ fuſi foe
dam in fugam uertũtur: quos Sphortiani acrius inſecuti: magnũ eoꝝ nume
rum ceperunt. Ipſe autem Fortebracius ubi ſuos inclinare remq̃ omnino p
ditam uidet in fuga ſalutem ponit: Sed qua ire ſibi obuenit: calle fugienti
um multitudine occupato: partem in alterã flectit: proſilientiſq̃ equi lap
ſu ex anguſta admodũ uia in ſubiectũ p̃cipitium proruit. Feſtinatio. n. plæ
runq̃ improuida eſt & cæca: nec minus is qui eum inſequebat. Chriſtopho
rus foroliuianus Alexandri eques ſublimi uectus equo: eodem profuſus eſt
humi proſtratus: citius ſe in pedes attolit: hoſtemq̃ cõtinuo opprimit. For
tebracius tamen nõ uincitur animo & altero humi genu fixo: ita ut erat
oncratus armis ſeſe in pedes erigere innitebatur. Sed cũ manu iam a Chri
ſtophoro deprehenſus admoneretur: ut ſe Alexandro dederet: magna animi
ferocia reſpondit: non eſſe adhuc deditionis tẽps: ſperans: ſuoꝝ aut fugiẽtiũ
aut pugnantiũ beneficio poſſe ab hoſtis manu ſe eripe: & ut erat animo fe
rox enſis cuſpide in hoſtis faciem ictus geminat: quare a Chriſtophoro ira
uæhementi concito in oculũ lœtali accepto uulnere rurſus humi deuolui
tur. Deinde ad Alexandrũ ſemianimis in clipeo platus: intra municipium
qđ obſederat: curandus mittitur: nec multo poſt dum Cameriũ deferẽ: ui
tam deſeruit. Hunc tãdem Fortebracius humani diuiniq̃ iuris cõtemptor
& Romanæ p̃ſertim eccleſiæ: acerrimus per omnem fere ætatem p̃ſecutor
finem habuit. Alexander Foroiulianuſq̃ caſtris hoſtium cũ impedimentis
omnibus potiti: quicquid ante Fortebracius in Camertibus ceperat cõfeſtĩ
recuperant. Inde copias in Aſſiſinos ducunt: quoꝝ ĩ arce Leoſphortia aſſer
uabatur: qua re ciues omni ſpe auxilii deſtituti, haud multum morati im
petrata Fortebracii uxoris cum ſuis bonis incolumitate: ſeſe atq̃ urbem de
didere Eugenio pontifici. ita leo in libertatem reſtitutus eſt. De his rebus
ut geſtæ erant: nũcio in Flaminiam plato & Franciſcus maxima afficit læ
titia: & Picininus non mediocriter animo conſternatur: factumq̃ deide eſt
ut breui temporis ſpacio: Nicolao Marchione æſtenſi ſequeſtro: rurſus ĩter
Eugenium uenetos ac Florentinos & Philippum pax renouata ſit: quaqdem
pace cauebatur: ut Immola & quicqd Picininus in ea regione occupaſſet: Ro
mano pontifici reſtitueretur: Picininus & reliquæ Philippi copiæ quæ in
Flaminia eſſent: in Galliam reuocarentur quas ob res Franciſcus prouincia
hoſte nudata: cũ Sapim tranſiſſet. reconciliato pontifici Antonio Ordelaf
fo Foroliuianis imperante: in Bononienſium fines exercitum duxit. Quod
ubi cognouit Baptiſta Cannetulus cannetulæ factionis princeps: & de Eu
genio infenſus metu territus: ex urbe ſtatim profugit: At Antonius bentiuo
lus alterius factionis princeps cuius præcipua opera urbs recepta fuerat ar

dentioribus ſtudiis immẽſaq; læticia a multitudine ĩ patriam ſuſceptus nõ multis poſt diebus Baldaſſaris offidani eius urbis p Eugenio præfecti iuſſu indicta cauſa & nulli obnoxius culpæ ſecuri pcuſſus eſt. Quod facinus tam atrox atq; indignũ plurimoq; animos in ea ciuitate a Põtificis beniuolẽtia atq; fide prorſus auertit. Frãciſcus Picinini diſceſſu omni pacata Flaminia: Bononia recepta reductis ad Cotoniolá paternũ Flaminiæ oppidum copiis cum delecto ſuoq; comitatu Florẽtiam ad uiſendũ ſalutandũq; Eugenium profectus honorificẽtiſſime a Põtifice ac Florentinis excipitur. Et quanquã rebus ſeriis intendebat: tamen ut ſatiſfaceret populo: qué mutuo ſemper amaſſet coluiſſetque haſticos ludos & præclara ſpectacula edidit: & ita ſibi maiore quadá beniuolẽtia animis hominũ deuinctis peractiſq; iis rebus: de quibus cũ pontifice Florẽtiá acturus uenerat: ad exercitũ rediit. Quodque hyems iminebat: ĩ picẽtes hybernatũ cõceſſit. Dũ hæc ĩ umbria Flaminiaq; gerũtur: Iohãna ſecũda ætate iã cõfecta: Renato Ludouici fratre qué ſupra e uita exceſſiſſe diximus: ſibi hærede & in regno ſucceſſore iſtituto naturæ conceſſit. Eius mors maiores prioribus in eo regno motus ſeditioneſq; excitauit: Nam & pontifex Neapolitanos uelut cæteroq; regni populoq; primores admonuit: Siculoq; regnũ eis Meſſanẽſe fretũ Romanæ eccleſiæ iuris ẽẽ nec ulli ſubiiciẽdũ regi: niſi qué ipſe ex uetuſto more cõſtituiſſet: eccleſiæ que Romanæ tributariũ declaraſſet: & ob id ſe ppediẽ Iohanné uitelliũ patriarcham Alexãdrinũ legatũ eo cũ copiis miſſuq;: Sed regni pceres Ciuitateſq; omnes diſcordiis ſeditionibuſq; ſtudentes: diuerſi diuerſa agitare conſilia: ſeq; cõtrarias in partes ſcindere cœperũt: Alii renatũ Andegauiẽſem. alii Alphõſũ regẽ expetẽr. Aliis q a Romano põtifice fuiſſet rex declaratus placere. Neapolitani uero Eugenii legatis reſponderũt: nequaquã uitelliũ legatum admiſſuros: ſed Renatum unicũ ſibi regẽ depoſcẽr. At Iohánes Antonius tarẽtinus q ſuperiore anno bello preſſus ex Sicilia ab Alphonſo auxilia acceperat: & Capuam præfecto arcem tradẽte occuparat: & alter Iohãnes Antonius martianus Sinueſſanoq; dux: Chriſtophorus Caietanus Fundanoq; & Frãciſcus pando lauretanoq; comites ad Alphõſum miſerũt: futuq; polliciti: ut regno breui potiretr: ſi eo celeriter aduenirẽt. Alphõſus inuadendi regni occaſioné nactus: claſſem q̃ paratá habebat: cõſcendit: & in procliuitam Enariamq; Neapoli adiacentes inſulas traiecit. Inde in Sinueſſanũ littus adnauigauit: Vbi primũ expoſito in cõtinenté hiſpano ſiculoq; milite: ab Sinueſſano duce exceptus eſt & q̃maximũ potuit: nouo mercede cõducto milite exercitũ cogere curauit: ad qué primi Vrſinus & Dulcius anguillarianus ex gente urſina: uitellio ſub quo militauerãt. relicto cũ eq̃tatu accẽſſerũt. Interim Iacobus caudola & Michael attendulus Neapolitanoq; iuſſu capuá Tarẽtinũq; ipſum q ei urbi ut demonſtratũ eſt: auxilio erat. obſidebat. Cæteq; Caietani quoq; in ultimis Campaniæ finibus maritima ciuitas eſt: præter Neapolim regni totius fere nobilior. diffiſi uiribus aduerſus potentiſſimũ regẽ ingruentẽ ad Philippũ & Genuenſes mittũt: q petãt auxiliũ: quo ab ui & iniuria tuti: legitimo regi urbẽ ſeruent. Philippo iubẽte miſſus eſt eo cõfeſtim Frãciſcus ſpinula cũ trecentoq; militũ præſidio: data ei nauis oneraria una admodũ magna unaq; triremi: & cum eoquoq; una pfectus eſt Octolinus Zoppus Alexãdrinus Philippi legatus eo cõſilio: ut pceq; animos omni arte ab Taraconẽſiũ ſtudiis auerteret. Philippoq; cõciliaret: quoq; aduentus trepidam Ciuitatẽ in magnã ſpem erexit. Quod cũ moleſtiſſime ferret Alphõſus nõ multo poſt cõtracto terreſtri exercitu terra mariq; Caietæ inſtabat. ſperás urbe inualido munitam præſidio & rei frumentariæ penuria iam laboráté neq; lõga obſidione neq; multa etiá oppugnatione in poteſtatẽ redigẽr poſſe: q̃ ob portũ magno ſibi uſui ad obtinendu regnũ futurã intelligebat. Hanc undiq; adeo anguſtius cinxit: ut ne mittẽdis qdẽ nunciis relicta ſit Caietáis facultas. Dein tormentis muros quatiẽs:

assiduis quoq; prælijs nullã obsessis quietẽ dabat. Hæc ubi Genuæ cognita sunt: & si rem piculosam & suis uiribus longe imparẽ suscipere genuenses uidebant: tamẽ placuit: adhortãte maxime Philippo: laborãtibus auxilium mitti: Mouebat Genuenses pudor: ne intemptatis armis regi cessisse: & amicũ populũ qui ad eos opẽ cõfugisset: deseruisse uiderent. Mouebat ꝑsidii paulo ante cũ Frãcisco missi salus: qbus nisi celeriter opẽ tulissent: ꝓditos se eos iratis hostibus accusarent. Mouebãt præterea magnæ ciuiũ opes quas ex uniuerso prope regno Caietam uelut in tutissimũ portũ mercatores contulerãt. Itaq; classis nauiũ onerariarũq; duodecim decreuit. Eiusq; Blasius axaretus plebeio ortus genere sed spectatæ uirtutis uir dux delegit. At ubi Alphonso ab exploratoribus renunciatũ est iã Genuæ instructã esse classem: & paras a cursu abesse: quattuor & decẽ onerarias ex duabus & uiginti delectas armato milite cõplet. Erat Regi magna uirorũ copia: quos præmiorũ spes ex multis regionibus ad eũ traxerat. nam magnus ulterioris hispaniæ principũ numerus quos aduersa factio domo expulerat: ad ipsum confugerat: sperãtes fore aliquãdo: ut ab eo in patriã reducerent. Ex citeriore uero ac ex balearibus insulis omnis fere nobilitas omnisq; iuuẽtus iã pridẽ classe regẽ Sicilią petẽte secuta erat: Regno aũt Neapolitano intestinis ut demonstratũ est: discordiis laborãte: nõ ii mõ quos uel malefactorũq; pœne metus uel aduersariorũq; odia patria eiecerãt: sed plurimi etiã q eũ sibi dominũ ac regẽ futurũq; sperarẽt: eius sibi gratiã beneficio cõsequi conabant. Ex Sicilia quoq; incõtinẽte traiecturus iuuẽtutẽ eius insulæ se seq; iusserat. Erat ꝓter has quas cõmemorauimus copias: magna equestriũ pedestriũq; uirorũ mercede cõductorũq; manus terra tamẽ q̃ mari aptior. Ex his tãtis tamq; florentibus copiis Rex fortissimũ quenq; ad eũ numerũ delegit: ut adiunctis naualibus sociis sex millia uirorũ efficerent: Et ne futuræ pugnæ timor quenq̃ deterreret: se omniũ primũ & nauigationis & prælii ducẽ futurũ ꝓnũciat. Fit ad naues omniũ cõcursus: aurũ argẽtũ uestis preciosaq; supplex tanto in naues studio congerit: ut ad certã uictoriã ꝓperari uideret. Cõscẽdente Rege cõscenderũt una Iohánes rex Nauarræ: Henericus ac Petrus infans regis fratres & regnorũ omniũ ꝓceres: qbus turpe uidebat: nõ eẽ suo regi in omni fortuna socios. Hæc dum a rege aguntur: classis Genua soluẽs: Alphonsum cũ suis quattuordecim onerariis nauibus undecimq; triremibus omni instructis ornatu haud ꝓcul insula põtia obuiũ habuit. Coiuere classes nonis sextilibus leui admodũ uẽto & trãquillo mari. Genuẽses primo cõgressu nouẽ tantũ nauibus totius hispanæ classis impetũ excepere. Tres uelut subsidiarias post principia reliquerãt: quæ ꝓ callẽtissimi ducis iussu dum cursu diuerso uẽtos captare nituntur: lõgius paulo euecte: ab Taraconẽsibus fugere creditæ sũt. Quare cũ iã sese uictores Taraconẽses arbitrarentur: enixius genuenses ꝓmebãt: quorũ naues qd singulæ a duabus acrius oppugnarent: ægre hostiũ uim sustinebãt. Sed posteaq̃ tres illæ subsidiariæ uẽto crebre scẽte passis uelis in hostilẽ classem inuectæ sunt: omnẽ spẽ uincẽdi hostibus ademere. Nec multo post captæ omnes hispanæ sunt naues ꝓter unã quæ inter pugnãdũ ecæterarũ cõspectu uẽto ablata est. Petrus autẽ Iunior Alphõsi frater exceptus triremibus i Siciliã ꝓfugit. Capti sunt i eo ꝑlio ꝓter duos reges Alphõsum & Iohánẽ: Henericus regũ frater & militiæ quæ diuo Iacobo dicata est: princeps: Iohánes Antonius tarẽtinus: Iohánes itẽ Antonius Sinuessanus: Iosias aquauiuanus: Antonius rogerii Fundani filius & supra cẽtũ ꝓceres ducẽti aurati eqtes & alii q̃plurimi insignes nobilitate atq; opibus uiri. Prædæ uero tãtũ: quãtũ nõ temere ex ullo nauali ꝑlio. Hac tã memorabili parta uictoria: Blasius cũ utraq; classe Caietã petẽs portũ tenuit. Inde oblatũ ẽ ingens isolidũq; hominũ oculis spectaculũ: cũ quinq; & uiginti uastæ magnitudinis naues angusto loco coactæ: q uix eas capere posset cernerent: Iam núcii aduersæ pugnæ in regia castra ꝓuenerãt: Iam ad obsessos

lo:Sphortiani hostes:q iam ad arma cõclamãtes tumultuare cœperant: ala criter inuadũt & in ipsa usq; tentoria irrumpunt:nec lapides nec iacula dẽ superiori loco cõiicer magna ui desinebãt. At illi cõtra magno undiq; facto impetu repulsis intra mnnitiões Sphortianis inde eos deturbar conabant. Pugnabar eminus cominusq; acerrime:multis utrinq; interemptis uulnera tisq; militibns. Sed Brunorius tandẽ ita fortissime pugnãdo opusq; obeun do ac muniẽdo loco se cõtinuit: ut hostes inde magno eox detrimẽto amo uerit:Vex ubi illuxit: Franciscus expedissimo quoq; milite sumpto relictis ad Amandulã castris eo maturat: moxq; rursus facta eruptiõe pliũ maiore undiq; conatu cõmittit: hostesq; q ĩ colle erãt:pellet tentat. At illi loco edi tiore natura & opere pmunito facile sese tuebant. Dimicatũ é multo iam die pari ferme pugnæ euẽtu ĩ eo collis spatio qđ ĩter utrasq; munitiões in tercedebat:Quo tẽpor Zarpellio acerrime pugnãs uulner ĩ fœmur accepto plio excessit. eo colle occupato fiebat:ut hostes & cõmeatu q a Sernano im portabar:itercluderent:& pabulatiõe ltẽ phiberent: nec inde sine manife sta exercitus pnicie abire possent:q; & a tergo mons altissimus quẽ Sibyllæ appellãt:impẽdebat:qua Nursiã usq; difficiliores sũt aditus: & a Frõte Frã ciscus obstabat: neq; a lateribus reliqs ullæ aliæ supererãt uiæ. His igit dif ficultatibus Picininus angustiisq; circũuẽtus rogat p nunciũ Bernardum Medicẽ legatũ florẽtinũ apud Frãciscũ agẽtẽ:ut ad se eat de rebus summis actuq;. Quar nõ multo tẽporis spatõ cũ ultro citroq; Bernardus sæpe acces sisset:pacis fœdus pcutit:iis qdem legibus:legatis Eugenii põtificis q in ca stris erãt:annuẽtibus. Vt Nicolaus picininus incolumi exercitu agro piceno excederet:belloq; deinceps aduersus Frãciscũ abstineret. Quibus cõstitutis rebus mox ducibus ipsis ĩ eũ locũ ubi paulo ante acies certarãt: coeũtibus ac sese mutuo deosculãtibus ab utroq; exercitu cõgressus cõgratulatiõesq; fieri cœptæ sunt. Postridie & Picininus Sernanũ retrocessit: & Frãciscus cũ iam ĩ bello aduersus Alphõsũ psequi instituisset: ad Truẽtũ amnẽ copias pficisci iussit. Ipse aũt Firmũ ad uisendã Blãcam cõiugẽ cõcessit:eo cõsilio ut inde postea exercitũ subsequeret: Sed nondũ Firmo discesserat. cũ ei re nunciatũ est:Nicolaũ Picininũ Tholẽtinũ occupasse:Christophoro Tholẽti nati auctor:cuius hortatu oppidani arma sumpserãt: eũq; primũ ĩtroduxe rãt:quo postea ad oppugnãdã arcẽ Picininus ppius accesserat. Hoc Francis cus audito núcio uæhemẽter admiratus iraq; cõmotus q; cõtra fas iusq; icti recẽtissime fœderis Nicolaus Tolẽtinates q suæ essent dicionis: ĩ potestatẽ accepisset:copias mox ex itinere reuocat: eoq; celeriter ire contẽdit:cũq; ad Rhanciã pueniset:q; é oppidũ Tholẽtino ppinquũ: ibi augendæ uiriũ cã cõsedit eo animo:ut istructo exercitu hostẽ iuaderet:arciq; succurreret:Sed Picininus q sibi a Frãcisco timebat:eodẽ usus deprecator Bernardo medice rursus de pace agere cœpit:factũq; breui est:ut pax iisdẽ cõditionibus reno uata sit:qbus paulo ante apud Amãdulã firmata fuerat. Picininus ĩ Vmbri am rediit. Frãciscus cui ĩ Alphõsũ experiri arma ĩ animo erat: rursus copi as Truentũ uersus q hac tẽpestate nostra a Brucijs Picẽtes diui dit: ire iussit Cæteq; ex itinere Trãsoniates q iter Firmũ Asculũq; icolũt:qđ ad hostes de fecissent:diripiẽdos mãdauit. Quare ubi militũ ordines ad Ripãtrãsoniam hoc.n. nomine. Picẽtes id oppidũ uocãt:cõuenerũt:cõtinuo nõ multa ui in oppidũ irrumpẽtes uniuersa oppidanox bona:Fœminaq; decor Frãciscũ ius su seruato:uerterũt ĩ pdam. Hinc Eugenii legati q in castris erãt:occasionẽ nacti Picinino iam ĩ Vmbriã trãsgresso psuadent:ut Gualdũ Nucerinũ qđ in umbris est:& Frãciscũ tũc tenebar psidio:obsideret:ecclesiæq; Romanæ restituerat imperio:idq; ei facere idcirco licere:q; Trãsoniates q ĩ ecclesiæ fidem redierãt:Frãciscus p iniuriã pdæ militibus obiecisset. Picininus sus cipiedi rursus ĩ Frãciscũ belli negotium nõ recusat: is.n. & si rei militaris scientissimus hebar: tamẽ cũ cæteraq; req; quæ ad rectæ uiuẽdi usũ ptinẽt ignarus esset:q apud eum auctoritate poterãt:facile q; uolebãt:illi g iii

psuadebāt. Itaq; & legatoꝝ pōtificis ut diximus: & alioꝝ quoꝝdam aucto
ritate pmotus nulla neq; dignitatis suæ neq; pcussi bis fœderis neq; demū
iurisiurādi rōe hīta: oppidū hostiliter adortus circūsedit: paucisq; diebus
ī potestatē redegit. Deinde Assisio admouit. Frāciscus his cognitis tertio iā
coepto ī Alphōsū itinere desistit: copiasq; reuocat. Sed quoniā hyems iā ad
uentarat: nō uisum ē ī umbriā sibi trāseundū: ubi oīa hostilia essent: Fabria
nū tamē q; ad Appēnini mōtis radices situ nō lōge ab hoste aberat: p̄sidio
firmat: Quo īsuper mittit Sigismūdū malatestā: Troilū & Petrꝝ brunorium
cū parte copiaꝝ q; ꝓhiberēt: ne ab ea parte hostes mōtē trāsgressi ꝓuinciæ
fines popularent. Dū ibi milite p uicos distributo desidēt: Troilus q; ab reli
quis aliquādo remotior erat: ab hostili manu Robertho bodiēsi duce ex Pi
cinini equitū p̄fectis primario p noctē ita īcautus opprimit: ut primo im
petu maior suoꝝ parte capta uix ipse fuga euaserit: Qua re ex tumultu fu
gientiūq; clamoribus audita: Sigismūdus Petrusq; eo mox aduolāt: hostesq;
p̄da graues īter redeūdū cōsecuti fere oēs capiūt: & quos ipsi hostes ceperāt
cū p̄da in libertatē restituūt. Roberthus cognito periculo fuga sibi salutē
petiit. Mittit post hæc cū pedestri p̄sidio Assisiū Alexāder Sphortia: ubi iā
hostis qua mons abest castra firmarat. Huic ad tuendā urbē nulla maior
supererat cura: q̄ ut mœnia statiōibus factis ab nocturnis hostiū īsidiis cu
stodirent: Nā de ciuiū animis partiū studio nil dubii erat: quin obsidionē
p oēs difficultates perferrēt: priusq̄ hosti se dederēt. Accedebat ad id q; situ
muroq; ac ualido militū p̄sidio usqueadeo urbs ea reddebat oī ex pte mu
nita: ut nihil ab hoste timēdū uideret: quē ēt facile oēs intelligebāt spe per
ꝓditionē potiundi oppidi deiectū nō diu hyberno p̄sertim tp̄re ibi māsuꝝ
Sed q; nulla uis hostium nulla ciuiū discordia nulla obsidionis difficultas
nullus deniq; oppugnationis timor dies cōplures efficere potuit: effecit ho
minis unius prauitas: ut insignē immerita Ciuitas paulo momēto calamita
tē acceperit: Accidit. n. Assisinis q; ut demōstrauimus: p supiorē æstatē Nea
politanis acciderat. Est. n. aquæductus Assisii uetustissimus ab urbanis me
nibus paulo lōgius initiū capiēs. Hāc capiūdæ urbis uiā p hominē quendā
ꝓditū beati Frācisci religionē habitu simulātē fortunæ iniqtas hosti apuit
Siquidē a Picinino p noctis silētiū leuis armaturæ milites ī aquæductum
immissi ī Cāpū quendā ab ædificiis aliquādo remotiorē: ubi solitudo erat:
euaserūt: q ubi se mille circiter numero auctos uidēt continuo ad ꝓximos
urbis muros cōcurrūt: eoꝝq; partē capiūt: ac posticū quoddam ad erumpē
dum iam ab Alexādro factum reserant. Quibus agnitis excitatoq; tumultu
in muro qui erant: timore territi desertis stationibus diffugiūt. Hostes aūt
qui in armis erant: & muro appropinquarāt: repugnātibus nullis pluribus
locis ingressi urbem inuadūt: passimq; miserabiliter diripiunt. ibi a nullo
maleficio nullo flagitio nulloq; cladis genere p̄ter q̄ a cæde tēperatum est.
Omnia humana diuinaq; rapiebant: distrahebantq;: nec ipsum quoq; sacꝝ
diui Francisci tēplum religio nec pietas ulla a fœdissimis ꝓditissimorum
hominum manibus seruauit. Alexāder desperata urbis salute ī arcem se re
cepit: unde postea noctu Guidone Assisino duce egressus per hostes perque
confragosos & niuibus obsitos saltus cum paucis pedestri itinere ad Frāci
scum re infeliciter gesta rediit. Ea urbe capta arcibusq; non multo post tē
pore deditus qcquid agri Franciscus ī umbris obtinebat: p̄ter oppidum Vi
xum: ī hostium deuenit potestatē. Cum uero Nicolaus non ab ipso solum
Francisco: uerum etiā ab omnibus qui recte saperēt: grauiter & argueret:
& damnaret: quod iā semel atq; iterum constitutæ pacis fœdera uiolasset:
quā Amandulæ prius & postea etiā Tholētini percusserat: iureiurandoque
firmauerat: ita respōdebat: nihil se egisse: q; nō iur actum esset: Nam quod
ad Tholētinates attinebat: se non fuisse in causa: ut a Francisco descisceret
sed Christophorū marutiū q a Tholētiatibus accersitus nō difficulter illis
psuasisset: ut ad ecclesiæ romanæ dicionē reuerterentur. Quod autē Gual

dum cepisset: eius rei cãm Franciscũ extitisse: q Transoniates in prædã egis
set: cũ ii sese ultro ecclesiæ pmisissent. Addebat ad hæc: qđ & legatoꝝ sũmi
pontificis & Ludouici patriarchæ Aqlegiensis iussu ea oĩa factitasset: p̃ser
tim cũ dicerẽt: pax quæcunq; antea facta esset: quæ e re Romanæ ecclesiæ
nõ foret: eã nõ esse iure seruandã: & ita periurio oĩ: se liberatũ esse. Ea Ni
colai dicta Franciscus ita refellebat. Nõ esse existimãdũ Christophorũ Tho
lentinatẽ huiusmõi facinus Nicolao inscio aggredi ausum: qđ facile ex eius
ad Tholẽtinates tuẽdos ꝓfectione intelligi poterat. Quod si p̃ter eius uolũ
tatem rẽ tanti momẽti cõtra ius fœderis Christophorus fuisset aggressus:
debuerat Nicolaus sub quo ille merebat: in Tribunũ suũ aĩaduertere: qđ đ
Transoniatibus Nicolaus ĩ mediũ afferebat: uim rationis nullã præ se ferre
cũ iure sibi licuisset: eos in p̃dã uertere: quo rebellibus cæteris forent docu
mento. Nec id satis p̃terea roboris habere: qđ diceret se ab Pontifice p̃stito
iureiurãdo absolutũ: cũ stultissimũ absurdissimũq; esset: quẽ nõ pœniteret
absolutũ iudicari. Sciebat antea Nicolaus se obstructũ esse Eugenio põtifi
ci: Si ergo peierauit qs neget eũ oĩa hæc p fraudẽ egisse: & piurii arguẽdũ?
Erubescat igit̃ Nicolaus uersutiis amplius uel potius ineptiis suis pfidiam
tueri: q fidẽ totiens osculo & iureiurãdo firmatã fefellisset. Eaꝝ reꝝ indi
gnitate Frãciscus aĩo grauiter cõmotus addebat in diuina iusticia spem ha
bere repositã: sibi eã aliquãdo dari occasionẽ: ut de Nicolao homine pfido
ab oĩq; humano & diuino iure abhorrẽte meritã sumeret ultionẽ. Dũ hæc ĩ
Piceno Vmbriaq; gerũt̃: Alphonsus deuicto captoq; Antonio per Pelignos
Marsosq; exercitũ circũducẽs totã eã regionẽ suo ĩpio breui subegit: Quo
tp̃re ultro citroq; missi sunt & ad Alphonsum Troilus & ad Franciscũ Ini
cus giuara hispanus de pace legati magna sane utriq; apud suos principes
auctoritate uiri: Sed Alphonsus tot uictoriis elatus distinere ambagibus Frã
ciscũ conabat̃: qđ cũ ille aĩaduertisset: & Troilũ confestim reuocauit: & Ini
cum ĩfectis rebus ad regẽ remisit. Cæteꝝ ex eo tp̃re ut postea cognitum est
Troilus effrenata quadã habendi cupiditate ĩductus secreto cũ rege multis
ꝓmissis p̃miis cõspirauit: fidẽq; illi dedit de sua ad eũ defectionẽ: Alphõsus
pacatis Brutiis in Apuliã se cõuertit. Restabãt. n. in ea ꝓuincia oppida q̃plu
ra: quæ adhuc Frãcisci Sphortiæ p̃sidio tenebãt̃: quorũ fines ĩgressus agros
q; late populatus Mãfredoniæ admotis primũ castris eã urbẽ p̃ter arcem p
ciuium quorũdã ꝓditionẽ nõ multo post q̃ eo uenisset: ĩ deditionẽ accepit
qua recepta Cæsar & Victor q cũ pte copiarũ sese Troiæ cõtinebãt uictoris
arma secuti ad regẽ cum ipso oppido defecerunt: Quorum exẽplum mox
secuti Arianẽses: & q Garganum montẽ ĩcolunt. nec minus dein cæteri: q
per regionẽ Frãcisci adhuc parebãt Imperio: oĩ demum desperata spe auxi
lii una cum p̃sidiis ĩ regiã deuenere potestatẽ. Renatus ĩterea quẽ ꝓfectum
Florẽtiã diximus: cum arcẽ regiã quæ sola ut docuimus: Neapoli ĩ sua erat
potestate: se diutius multis de cãis tueri posse diffideret: desperatis undiq;
auxiliis eius dedendæ facultatẽ Iohãni coxæ permisit. Ipse ãt mari in Tran
salpinã Galliã rediit. Sed Iohãnes cum his mãdatis ad Alphonsnm ꝓfectus
postulauit ĩ deditionis cõditionibus: ut Octino carazolo & sibiipsi & qbus
dam aliis Neapolitanis ciuibus q Renatum secuti fuerant: ignosceret̃. Qua
re facile ĩpetrata Alphonso arcẽ tradidit. Hoc rerum statu Frãciscus quod
se maiore ab hostibus conatu ĩ sequẽti anno p̃ssum iri ĩtelligebat: deductis
per picentes in hyberna copiis: zarpellioneq; ĩ Hetruriã tuendæ Tuscaniæ
causa remisso: apud uenetos Florẽtinosq; cum litteris tum nunciis frequen
tibus agere coepit: ut & pecuniæ quæ sibi stipendii iure debebant̃: maturi
us dependerentur: & copiis insuper: ut erant ex foedere obstricti: auxilio fo
rent: quo non tam Eugenii pontificis quam Alphonsi regis uiribus: quem
pacato regno aduersum sese uenturum audiebat: resistere posset: Quod nec
tam foederis amiciciæq; iure facere debebant. quam ut cõmunes hostes su
is terminis cõtinerent̃: qui nihil magis conari uidebantur. quam se Picena

prouincia pulso in Hetruriã Flaminiáq; iter sibi aperire: quo inde suæ ui
res cũ philippi uiribus iungerẽtur: qđ q̃tũ interesset & uenetæ & florẽtinæ
reip. ipsi facile metiri aĩo poterãt. Dum eiusmõi curis ꝓspiciendisq; rebus
Frãciscus intẽdit: Eugenius cui ob res secũdas animus creuerat: oĩa eius cõ
silia ad pellendũ Piceno agro Frãciscũ cõuerterat hortãte maxime Ludoui
co patriarcha: ad quẽ oẽm rex; sũmã detulerat. Primũ igitur oĩum de recõ
ciliando sibi Alphonso rege agendũ putauit: quẽ post electũ regno Renatũ
neq; ĩ hostiũ neq; in amicoꝝ numero aperte habuerat: sed magno tamẽ ad
uersus Franciscũ alteri alter adiumẽto fuerat: & ob id haud difficilẽ ad eã
rẽ futurũ arbitrabat. Itaq; cũ ad eũ Tarracinã misisset Ludouicũ de pace
legatũ breui factũ é: ut inter sese sublatis quæ hactenus interceſſerãt: dissen
sionibus: pacis fœdera inierint: in qua ꝑter alias cõdiciones: has prĩcipes pu
blicisq; lrarꝝ monumẽtis firmatas fuisse cõstat. Vt Eugenius Alphõsũ Nea
politani regni regẽ declaret: & appellet: regnũq; ipsum pleno iure illi poste
risq; eius ꝑpetuo possidendũ tradat. Ferdinãdo unico regis filio qẽ nõ ex
uxore susceptũ sibi in regno succeſſorẽ destinauerat: succedẽdi facultatem
faciat. Alphonsus contra Pontifici ecclesiæq; Romanæ se subiiciat: auxilie
turq; ad Picenũ agrũ recuperãdũ: quẽ Frãciscus Sphortia armis occupaue
rat. His pactis rebus Nicolaus Piccininus a rege accersitus Tarracinam uenit
triremibus regiis aduectus: ubi honorificẽtissime exceptus est: Post hæc Al
phonsus cũ de re militari sermo haberet: magnis eũ laudibus extollebat:
qđ Bracii perusini artibus & ꝑceptis militaribus institutus nouissime Bra
ciũ ipsum rexq; gestaq; magnitudine supasset: neminẽq; affirmabat ea tempe
state reperiri ex oĩbus copiaq; ducibus: qui cũ eo certare posset: nisi unum
Frãciscũ Sphortiã uirũ longe bello & armis excellẽtẽ: sed dubiũ: uter ꝑferẽ
dus esset. Nã cũ rei militaris disciplina & auctoritate pœne pares putarent
diuersa tamẽ utriusq; consilia in bello erãt: Nicolaũ ad dimicandũ alacrio
rem ꝑpliũ ex occasione protinus cõmittere: hostẽ celeritate ꝓuenire: excursio
ne fatigare: leuis armaturæ eqte magis q̃ pedite uti: strenuos modo atq; ro
bustos milites armare: hostiũ numero non terreri: Frãciscũ uero arte & so
lertia ĩcomparabili raro nisi ex cõposito confligere: cunctando ac obsidẽdo
hostẽ fatigare: atq; frãgere peditatũ magnificare argẽto auro serico cultos
milites & fortes habere: supioré ẽt numero: hostẽ non negligere: nõ temere
aggredi. Deniq; Nicolaũ in milites indulgentioré. Frãciscũ seueriorẽ haberi
Triduo de belli aduersus Frãciscum gerendi ratione q̃tisue copiis opus fo
ret: consultatũ é. Ea re constituta: Nicolaus inde digressus in castra redit:
quæ non procul Tuscania fecerat: ad arcendã Zarpellionis uim q; uniuer
sam ꝑpe eã regionẽ Romã usq; crebris excursionibus infestius turbauerat:
& sæpe hostes suderat: quoꝝ in numero Fredericus feretranus urbinas fuit
q cũ sub Piccinino militaret: Viterbiũ cũ eqtatu missus ut inde hostis impe
tũ reprimeret: cõfligẽdi potestate facta fusus ab eo fugatusq; ẽ: magna suo
rum ꝑte capta. Cæteꝝ Piccininus ubi nihil obsidẽdo ꝓficere uider, soluta ob
sidione ĩ Vmbriã regredit: ubi regis aduẽtũ expectare statuerat. Dum hæc
aguntꝰ: Frãciscus facta in cãpis pabuli copia ex hybernis eduxit: Dein primũ
Sanctã Natoliã ĩ Camertibus oppidũ circũsedit: qđ ĩde finitimi a Bracião
milite ibi statiua habẽte grauius uexarẽt: admotisq; muro machinis: ita assi
duo oppugnãdũ curauit: ut paucis diebus ui captũ diriperet. In ꝑsidiũ ue
ro iccirco sauitũ é: qđ dũ oppidũ acrius oppugnaret: Braciani maledictis &
cõuiciis uniuersũ ꝓpe exercitũ ĩ sese concitarãt: & ob id a Sigismũdo & Pe
trobrunorio Pazalia in primis ipsius præsidii præfectus: & quot ex reliquo
milite in eorum manus deuenerant. per uarios cruciatus morte affecti sunt
Post hæc Franciscus in Tholentinates duxit: quibus haud difficulter ad de
ditionem compulsus: quicquid Picininus superiore æstate in picentibus
cœperat: in potestatem redegit. Circa uero anni eius initium. Mannus
bariles ex ueteranis equitum: præfectis nulla iusta causa ab Franci

ſco deſciſcens:ad Alphonſum ex hvbernis trāsfugit:a quo pbenigne ſuſce
ptus:& pecunia inſup donatus:& militia nō mediocriter auctus ē.Nam Al
phonſus Sphortianā diſciplinā admirās:oēs Sphortianos libēter excipiebat
& p ſtipendia ad amplioré militiā efferebat.Nā Māni repentina ad hoſté
defectio ſane & Frāciſco & amicis oībus admiratiōné nō paruā attulit : qđ
uir iā ſexageſimū ætatis agens annū:& q ab adoleſcētia uſq; ſub Sphortia
merens militiæ tirocinia exercuiſſet:& deinde p oēm ætaté Franciſcū filiū
ſecutus Sphortianū nomé ſanctæ obſeruaſſet:ad ſenectuté tandé cū perue
niſſet:trāsfuga factus tantā ignominiæ notā ſubiſſet:tantūq; propriæ nobi
litati ac militiæ dedecoris intuliſſet.Eadé ætate Anibal bentiuolus pſiam
a bracianoꝝ tyrānide liberauit:ſed ea res paulo mihi altius repetēda é. Frā
ciſcus Picininus pro pātre Bononiæ præfectus:cū in ea Ciuitate maximam
habere auctoritaté Annibalé cerneret:ueritus ne ab eo pelleref:cū aperte ī
eū aīaduertere nō auderet:p ſimulationē uenationis eductū una cū multis
eius urbis primoribus in arcé ſancti Iohānis ducit:ibi cōiuniū paratū erat
Sed poſt epulas cæteri dimiſſi Bononiā redierūt:Annibali &duobus Malui
ciis Gaſpari patri & Achilli filio uincula iniecta:& uiolato hoſpicii iure ī
Longobardiā cuſtodiēdi maximo p̄ſidio mittūf .Placuit Annibalé in arce
uaranenſi aſſeruari.Ea res maximā inuidiā Picinino cōflauerat animis ho
minū maxime indignātibus Tyrānū in bentiuolos quoꝝ opa & ſtudio reꝝ
potitus eſſet tā nefarie ſæuienté:ltaq; legati & ad Nicolaū & ad Philippum
neqq̄ miſſi.Sed cū nullū remediū inueniri poſſet:Galeacius Mareſcoptus
cū Virgilio Maluicio & paucis p̄terea re cōicata aſſumptis quatuor dunta
xat ad facinus pagendū ſociis inter quos duo eius fratres erant duce uſus
quodā Geniſio Rocha Fabro ferario q ſitū arcis & naturā diligētiſſime ex
plorauerat admotis ſcalis clam in arcé penetrās uno demū ex uigilibus īter
fecto cæteris cū p̄fecto arcis in poteſtaté redactis Annibalem liberauit : ſed
Annibal ꝓpere Bononiā reuerſus cōuocatis amicis & tota plebe cōcitata ꝓ
greſſus ī forū primo Picininū obſedit:mox expugnato palatio:direptis q ī
p̄ſidio militibus erāt eū in poteſtaté redegit:ac domi in uinculis habuit li
berata patria legatos ad uenetos & Florētinos mittit īploratū auxiliū : Nā
arx ualida quæ urbi impendebat:Nicolai picinini p̄ſidio tenebaf:eā ꝓ com
muni ſalute & obſidēdā ſibi & oppugnādā cenſebat ob eāq; rē Petrū Naua
rinaté cū equitibus quadringentis cōduxerat:alios ité pegrinos milites ſcri
pſerat.Ea Philippus cognita:miſit ī agrū bononienſem Ludouicū uermiū
cū equitibus ad quattuor millia:ut quāto poſſet ſtudio:niteref obſeſſæ ar
ci auxiliū ferre.Venerat p eos dies Bononiā Simonetus ex caſtro petro ita
cognominabaf:cū equitibus quadringētis a Florētinis miſſus : & a uenetis
ité miſſus eodé fuerat Tiberthus brādolinus cū eqtibus quingētis: Annibal
re diligētius explorata ac in cōcilio diſputata decreuit in hoſtes educere ac
p̄lii tentare fortunā ltaq; ad decimū nonū Kalēdas Septēbres inſtructis co
piis urbe egreſſus cū ciuibus ſupra quinq; millia ex itinere cognoſcit hoſté
iā mouiſſe:& citato agmine ad Sanctū Georgiū municipiū cōtēdere :cunq;
feſtinationis cām ex timore natam itellixiſſet:magna benegerendæ rei ſpe
aucta maiore in hoſtes aīo progredi cœpit.Accidit forte fortuna inter eun
dum:ut exercitus utriq; inuicē obuiā facti ſint:iter duo caſtella ſāctoꝝ Pe
tri & Georgii:eo loci ubi uulgo in Caſali dicitur.Qui ſimulac ſeſe mutuo
cōſpexerūt:acerrimū p̄liū cōmiſerunt.pugnatū é ab ipſo diluculo ad ſecū
dā uſq; ac uigeſimā diei horā:tāde Philippiani p uariā ac multā equoꝝ ho
minūq; ſtragē terga dedere.Ludouicus deſpatis oīno rebus fuga ſibi ſalu
tem peperit:amiſſa maiore ſuoꝝ parte īpedimentiſq; uniuerſis.Ex hac uic
toria maiorem priore laudē Annibal cōſecutus de redimendis ex captiuita
te Gaſpare Maluicio ac ciuibus cæteris quos Nicolaus ī uīculis hēbat: ageꝛ
cœpit:quo magis ciuiū uolūtates ſibi cōciliaret:Nā arx ꝓfligatis fugatiſq;
hoſtibus non multo poſt per deditionem recepta eſt:Pro iis igit Franciſco

picinino in cõmutationé dato: nõ mõ Gaſpar ipſe & Achilles filius libera
ti ſunt: ſed ét Baptiſta Cannetulus Galeotusq; eius frater. Nec. n. dubitabat
Annibal Cannetulos oés ſibi amiciſſimos fore: cú ſua eſſent cá in libertaté
reſtituti. Cæteq; Alphonſus ex Tarracina Neapolim reuerſus in prata cam
pana uniuerſas cõuenire copias iuſſit: ut inde in Picená expeditionẽ quéad
modũ fuerat Tarracinæ cõſtitutũ: pficiſcereť: & q̃uis legibus ut ipſe bello
intereſſet: minime obſtringebaſ: tamé Troili ut p̃diximus: & Petri brunorii
ad eũ defectionis certa ſpes fecit: ut nõ p uicariũ ſed p ſe ipſe bellũ gerere
ſtatuerit: ob eáq; cãm q̃maximas potuit copias ex oĩbus regnis ſuis eo celeri
ter cõtrahẽdas ſperauit: quo maioribus q̃ fieri poſſet: uiribus inſtructus: re
gni finibus excederet. Itaq; æſtate iá prope exacta ex campano mouet: & per
Pelignos Marſoſq; nõ longe ab Aquila uiſendæ eius urbis cá caſtra ponit.
Erat ea Ciuitas armis uiriſq; pollẽs: in qua camponiſca factio quæ Andega
uinas partes in bello ſecuta fuerat: auctoritate & opibus plurimum poterat
cuius eo tp̃re Antonucius camponiſcus princeps erat: uir rei bellicæ ſed iá
ſenior: peritiſſimus: atq; ob id illius fides regi ſuſpecta: monituſq; eſt a non
nullis aduerſæ factionis ne urbé intraret: qđ ab Antonucio coacta multorũ
manu incautus opprimereť. Sed rex nihilo tamé ſecius urbé ingreſſus: ma
gnoq; ab oĩbus honore exceptus: repperit: quæ de Antonucio dicta fuerant:
falſa fuiſſe. Poſtridie urbe quinq; paſſuũ millia poſt terga relicta caſtriſq;
poſitis: alia regi ſuſpicio iniecta é. Eugenii & Phillppi cõſpiratione ſibi in
Piceno iſidias: parari: q̃ Picinini in umbros aduentus qua in Picenũ iter é:
magnopere aduxerat: ob eáq; ré & Iohánes antonius Tarẽtinus prĩceps & alii
multi regni pceres quos ſecũ ducebat: ne ulterius progrediret: ſuadebant:
adeoq; ancipité & ſuſpenſum reddidere: ut pax abfuerit: quin ĩcertus rerũ
ab itinere deſiſteret. Sed tandé cũ turpé ſibi reditũ fore exiſtimaret: ſatis
purgata p tp̃re ſuſpicionis cá: progrediendi cõſiliũ cepit. Vt uero regem in
Vmbriá aduentare rumor increbruit. Picininus Viſſo admouit: qđ erat op
pidũ ut demõſtrauimus: ex oĩ Frãciſci dicione In umbris reliquũ: regiq; ob
uiam miſit: q eũ hortarenť: ut pro ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ cõmodo
pfectionẽ maturaret: quo cõiunctis utriuſq; uiribus oppido: qđ obſidebat
potiréť: prius q̃ hoſtis: ut audierat: oppidanis auxiliũ ferret. Verebaſ. n. Pici
ninus ne Frãciſcus q tũ erat uiribus potẽtior: totis copiis eo proficiſcereť:
qđ ſi fieret: obſidionẽ ſoluere pro exercitus ĩcolumitate cogeretur. Quibus
Alphonſus nunciis pmotus: Iohánẽ Iiriá Hiſpanũ cũ maiore peditatus parte
p̃miſit: q Picinino iũctus magno mométo fuit. Rex cõtinuato itinere Nurſi
am uerſus pfectus é: eo cõſilio ut Viſum potẽs: Piciniũ ſibi iũgeret. Inter
hæc Frãciſcus q ad potẽtiá flumẽ nõ lõge a Sanctoſeuerino caſtra hẽbat: co
gnito uiſſanoq; piculo. eo Sigiſmũdũ & Petrũ brunoriũ cũ peditatu paruo
q; eq tatu ad ſerẽdá obſeſſis opẽ mittit. Quoq; de aduẽtu Piciniuus certior
factus. obſidione deſerta caſtra aliquãto ab oppido lõgius deduxit. Ibi regẽ
cupide expectabat q eũ ſcptẽ millibus paſſuũ a Nurſia caſtra poſuiſſet. ad
eũ cũ paucis Piciniuus ire cõtendit. Fuit certe illius aduentus Alphõſo per
gratus. qđ ita libere ad eũ cũ paucis acceſiſſet. Quæ res oĩ ſuſpicione poſi
ta regis animũ plurimũ cõfirmauit. Poſtero die moris ĩde caſtris: Rex una
cũ Nicolao Viſſũ ire prexit. Oppidani eius aduẽtu cõterriti mox uitã p̃ſidii
q; ĩcolumitaté pacti dedidere ſe Regi: quos ipſe poſtea ad põtificis legatos
q ĩ caſtris erãt: remittẽdos duxit: ut eos táq; ĩ Romanæ eccleſiæ fidẽ redeun
tes acciperẽt. De his rebus cũ fieret ab exploratoribus quotidie Frãciſcus cer
tior: maxia iminẽtiũ hoſtiũ cura afficiebaſ. Ná cũ diu multúq; aĩo uolutaſ
ſet: qd ſibi cõſilii ĩeundum éẽt: nullũ neq; ad ſeruándũ exercitũ neq; ad tuẽ
dá p̃uiciá repiebat: adeo anguſta & dura undiq; oĩa uno tp̃re occurrebant.
Auxilia a uenetis & a Florentinis ut ſæpe petierat: nulla conſequi potue
rat: & quanuis propediem ſe miſſuros dicerent: nulla tamen tam neceſſario
tempore tamque propinquis hoſtibus ſperare poterat. Bononienſium enĩ

rex nouitas fecerat: quo minus ad eū mitterētur. Congrediendū ſibi cū hoſtibus ob copiaꝝ paucitatē nō putabat: qđ iunctæ cū eccleſiaſticis Braciáiſq; regiæ copiæ ſupra quattuor & uiginti armatoꝝ hominū millia cōpleuerant: & eas quas ſecū copias habebat: minus octo millibus eſſe ſciebat: nec ī prouinciæ finibus apertis cāpis expectādum uidebaſ: cū nullus eſſet tutus locus: q eū caperet: nec puincia excedendū oīno iudicabat: & ne dimicaſ cogeretur: ſibi maxime euendū ducebat. Itaq; difficultatibus in hunc modū præſenti rex neceſſitati cōſulēdū putauit: ut q̄celerius fieri poſſet: prius q̄ hoſtes ſuperato Appennino in Picenū deſcendiſſent: urbes atq; oppida prouinciæ totius: quæ ſitu muro atq; arcibus munitiora eſſent: ualidis fidiſq; præſidiis firmarētur. Ipe cū reliquis copiis Fanū fortunæ ſe reciperet: quæ urbs cū eſſet Sigiſmūdi malateſtæ generi in ipſius puincię finibus ſita: ſatis peroppurtuna uiſa ē: ubi ſe cōtinere & hoſtibus reſiſtere poſſet: quoad promiſſa ab amicis auxilia mitterētur: Nā & longo habitu Fanū continet: & mari ab una pte abluitur: & ab reliquis muro & foſſa duplici munitur: ad quā quidē rem conficiendā illa potiſſimū ratio hortabaſ: quod uidebat æſtate iā prope cōſumpta autūnū tantūmodo ſupeſſe: quo tpre hoſtes continere ad res gerēdas ſub diuo exercitū uix poſſent: Redeūdum.n. erat regi ī regnū ſuū: reducendus in hyberna exercitus: priusq; hyems aduentaſſet: ob longa ac difficilia quæ ei itinera conficiēda erant. Præterea nulla neq; regi ipſi neq; Picinino neq; pontificis legatis bellica inſtrumēta eſſe: quibus oppugnare oppida poſſent: & p obſidioné nulla ſeu ppauca ex iis quæ p̄ſidiis defenderētur: uinci poſſe. Ex quo futuꝝ iudicari poterat: ut abeuntibus inde hoſtibus in fide quēadmōm ſperabat: iis urbibus atq; oppidis pmanēti bus quæ p̄ſidiis firmaſſet: facile reliqua quæ ad hoſtes p autūnū defeciſſēt: p hyemem ipſe recuperaret. Primū igitur oīum urbē Firmū regionis caput milite firmādā duxit: eoq; Alexādrū fratrē cū nō paruo equitū ac peditum numero mittendū q ei urbi p̄ſidio eſſet: Aſculū peditatu muniendū: cui lohānem fratrē p̄poſuit. Ciuitati uero Raynaldū ſolianū ex matre fratrē. Fabrianū uero Petrūbrunoriū miſit cū octīgētis circiter peditibus eq̄tibuſq; ducentis: Cingulū Florauantē peruſinū cū tribus equeſtribus ordinibus: lohānem uero Tholentinatē generū cū quingētis eq̄tibus Auximum pficiſci iuſſit. Præterea Troilū roſianēſem cognatū ſuū cū ualido equitatu Hæſio deſtinauit: cui ob fidē p̄cipuā: qđ eſſet ſibi a puericia cariſſimus: ex mre ſororem in mrimoniū dederat. Poſtremo Rocācōtractā qđ uocāt oppidū: Roberthū Sanctoſeuerinatē ſororis ſiliū cū eq̄tatu ac peditatu nō exiguo mittendū ſtatuit: ipſe cum reliquo exercitu Fanum prexit. In itinere haud pcul ab Hæſio ſubſtitit: eo cōſilio: ut alium Troilo ſufficeret: q & p̄ſidio & urbi peſſet. Fuerat.n. ſæpe Frāciſcus a philippo certior factus: Troilum iāpridē cum Alphonſo rege cōſpiraſſe: nihilq; ſupeſſe ad patrādum ſeu fugæ ſeu pditionis facinus q̄ regis ipius ī picētes aduētum: quem cupide expectabat: quo ſibi liberior ad eum trāſeundi pōtas foret: Didicerat.n. eā rē philippus nouiſſimeq; ēt petribrunorii pfidiā ex legatoꝝ ſuorum lr̄is: quos apud Alphonſum hēbat: qbuscum rex ille oīa eius cōſilia cōicabat: & quonia philippus eo ſemp fuerat ī geneꝝ aīo: ut neq; eū uīcere: neq; uīci pati poſſet hæc ab ſe cognoſci curabat: quo ille ab ſuorum perfidia īſidiiſq; caueret. Sed Frāciſcus q ſciebat philippum Troilū ſemper odiſſe: illi nō crediderat. Verum ubi ea res īcrebruit: ac multis ex locis ei īdicata ē: ī ſuſpicioné tādē uenit: ne Troilus pollicitationibus pmiorumq; magnitudine corruptus cum rege ſentiret: & ob id ſtatuerat ide eum amouere: unaq; ducere. At Troilus ueritus id: qđ erat. Frāciſco obuiā exit: dicit ſe aīaduertere illi ſuſpectum factum eſſe: qđ q̄ueriſimile foret. oportere eū recte iudicare. Nā quopacto uſq; adeo eſſet ingenio ab oī hominum natura alieno: ut quicquam aduerſus eum ſentire auderet. a quo perbenigne a teneris uſque exceptus eſſet. & per omnem deinde ætatem ita carus extitiſſet. ut ad poſtremum eius soro

rem sibi uxorē dederit? rogat. ne aures p̄beret inuidentiū maledictis: qui nihil magis conarentur: q̄ ut ipi noceret: esse nō nullos qui oīa sui p dēdi gra confingerēt: Sed se male centies morte subire: quā uel admittere uel cogitare q̄quā: qđ eu foret detrimēto sum. Addidit ad hæc ēt lachrymulas quasdā ui excussas atq; simulatas. Franciscus ut erat ingenio miti facile adductus ē ut quē ex ea urbe oīno amouere instituisset: posita suspicione illi rursus eū præficeret: & qđ iter Fanū uersus cœperat: id facere p̄seuerauit. Dum uero Fani se cōtinet: qđ hostes propediē p loca urbi ꝓxima futuros expectabat: nullū neq; diurnū neq; nocturnū remittebat tēpus negocio uacuū. Primū oīum frumētū cōmeatūq; oēm ad hominum iumentorūq; usum undiq; ex agris in urbē cōferri studere: mari ex Arimino cōportari: quo facilius iclusione miles ciuisq; pati posset: Nec minus uallo & aggere urbē cōmuniri: p pugnacula pro portis ædificari: uias qua hostes uenturos existimabat: si forte urbi admouerēt: frequēti repagulo cōmunitas reddi. Præterea quis antea ut docuimus: auxilia a uenetis Florentinisq; exposcere nō destiterat: tamen ad eos rursus mittit: q̄ doceāt hostē q̄maximis adesse copiis: ac quātis ipse difficultatibus premeretur: quātoue i discrimine res sua oīs cū innata quadam picentū mutabilitate cōiuncta uersaret. Quibus de causis si subuenīē dum censerēt: si saluū si beneficiorū memorē uellēt: accelerarēt. Post hæc q̄ intelligebat Philippū ægre ferre: Alphonsum tātis uiribus auctum a sui regni finibus longius ꝓgredi: cū eo de recōciliāda amicicia cōsiliū cepit: ex quo paucis diebus factū ē: ut uenēti ac Florētini perspecto non tā Franciscī q̄ utriusq; reip. piculo missis propere Mediolanū de renouāda firmandaq; cū Philippo amicicia legatis: facile ac breui cū eo pro cōmuni oīum salute fœdus inierint. Quo pcusso & uenēti ac socii liberius ad trāsmittēda q̄celerrime Francisco auxilia sese cōparant: & Philippus Iohānē baldizonū nūciū primū: deinō multo post legatos ad regē mittit Petrū cottā & Iohānē baldum: q̄ ei nūciarēt: ut ab armis discederet: in suosq; regni fines rediret. Nō placere Philippo Frāciscū Sphortiā q & gener esset & filius tā inexaturabili odio & ad internicionē ꝓpe peti: satis regi esse debere: satisq; eius honori atq; dignitati factū: si agri Piceni fines ingressus magnā oppidorūq; partē i Eugenii pontificis potestatē redegerit. Hæc ubi regi a Baldizono renuncia ta sunt: nō potuit nāhementer nō cōmoueri: cū diceret: se Philippi maxīe hortatu eiusmōi bellū aduersus Franciscū Sphortiā suscepisse: esseq; usque adeo ꝓgressum. ut referre pedē absq; magna honoris sui diminutione non posset. qđ pontifici Eugenio fidē dedisset: se nūq; quieturū: donec Frāciscū ex oī piceno agro pelleret: hanc a se deseri cām honeste nō posse: & ob id ne cesse sibi fore i bello persequi. Proin ad Philippū misit Mathæū malferitū iurecōsultū & Iohānē nucerū legatos: q ita exposuerūt. Non posse Alphonsū regē nō admirari qđ cū picenā expeditionē Philippi potissimū suasu atq; ī pulsu aduersus Frāciscū Sphortiā sumpsisset: ipseq; postea prouinciā ingressus cōplura illi oppida primo fere aduētu atq; una excursione ademisset: sibi p Baldizonū enūciari iussisset: se Frāciscī posita cōtentiōe eū in antiquā patei nāq; grām recepisse: & proin rogare: ut relicta expeditione Frāciscū bello amplius insequi desineret. Id regi gratū fore si ille sincera erga Philippum fide ꝓgeret: Sed mirari ita facile philippū credere Frāciscū bono animo cū eo agere: in grāmq; redire: quādoquidē p petrūbrunorū ac etiā postea p Troilum exploratum habeat: q oia illius cōsilia cognoscebāt: dum apud eum essent: recōciliationem eā uenetorūq; Florentinorūq; cōsilio atq; opa conflictā esse: qđ rex exitus breui ostendere: Mirari ꝓterea Alphonsum: qđ de condicionibus renouati cum Frāciscō fœderis neq; cū secum phillippus communicasset: quasi nihil ad eum de ea re pertineret. Si philippo mutata sententia placuerat pro generi salute regem a suscepta expeditione discedere: debebat oium primum iubere Franciscum ex iis oppidis præsidia educere quæ adhuc in sui regni finibus occupabat. Demum non posse regem a pice

no bello niſi eo ꝓfecto deſiſtere: qđ pontificis iuſſu auſpiciiſq; cõtra roma
næ eccleſiæ hoſtẽ gereret: quodq; ꝑcipue Philippo auctore atq; ĩpulſore ut
ꝑdiximus: ſuſcepiſſet. Cũ dicẽdi finẽ feciſſent: q a Philippo legationi audiẽ
dæ deſtinati fuerãt. Vgutio cõtrarius: Franchinus caſtilioneus & Nicolaus
guerrerius magnæ apud eũ auctoritatis uiri: ſe quæ tuliſſẽt: ad Philippũ re
nũciaturos & de illius ſententia reſponſuros dixerũt. Sed paulo poſt Philip
pus ipſe legatis in arcẽ accerſitis mirari ſe magis inquit: quod Alphonſus
omiſſis quæ ad pontificẽ Eugeniũ ꝓtinerẽt: & ad Nicolaũ picininũ: quem
oĩ tp̃e fidelẽ ſibi cognouiſſet: ſed ĩ una duntaxat Frãciſci Sphortiæ cã alio
rum quorũdã ĩpulſu minus obſequẽtẽ inueniſſet: aliis magis q̃ ſibi de Frã
ciſci in ſeſe aĩo credere ꝓſeueraſſet. Debuiſſe certe Alphonſum in ea re plus
ſibi fidei habere: quã cæteris oĩbus: qppe q Frãciſcũ & in generũ accepiſſet
& ĩ filiũ adoptaſſet. Satis ſibi cõſtare eũ optimo erga ſe eſſe aĩo: & ꝓpterea
illũ in priſtinã a ſe beniuolẽtiã aſcitũ: cupereq; admodũ: qđ promiſiſſet: ꝑ
ſtaꝛ poſſe: uti a rege illius uexãdi ꝓſequẽdiq; finis fieret. ſe hoc uno qd apd
eũ Philippus poſſet: iudicatutũ. Nõ eſſe Neſcium Alphonſum q̃tũ ipe Frã
ciſco: & q̃tũ ille ſibi debeat: Sed dolere plurimũ: ſe totiẽs ac tã multis preci
bus fruſtra a rege cõtendiſſe: uti a ſuſcepto in generũ bello deſiſteret: cum
ſciret maxime: quã eius ſemp amplitudini fauiſſet: hoc reſponſo legati ad
regẽ remiſſi ſunt. Alphonſus interim recepto Viſſo exercitibuſq; cõiunctis
poſtridie ĩde mouerat. & ſupato per Camertes Appẽnino: die quarto inter
duo oppida Montẽmelonẽ & Monticulũ Piceni agri ꝑuenerat: caſtriſq; ad
Potentiã amnẽ poſitis ac excurſionibus circũquaq; factis tantus eſt illico fi
nitimis illatus terror: ut Meloniani & Monticulani. nulla cõtẽtione ei ſeſe
dediderint. Hoc idẽ cõſilii ut ſunt Picentes natura mobiles nouiſq; rebus
ſtudẽtes: miſſis paulo poſt in caſtra ad regẽ legationibus: ſecuti ſunt Sancto
ſeuerinates Matelicenſes Tholẽtinates Maceratenſes Appinianẽſes & q mõ
tem filioꝝ optrani inhabitant: hoc. n. nomine eoꝝ oppidũ Picẽtes appellãt
Eo ẽt tp̃re Petrusbrunorius quẽ Fabrianũ ꝑſidio miſſum diximus: multis
iã Alphonſi pollicitationibus inductus Troilo in primis & Inico giuara uno
ex regiis purpuratis de quo ſupra mẽtionẽ fecimus: auctoribus oppido præ
ter oĩum opinionẽ relicto: ad regẽ totis qbus preærat copiis: trãſiuit: Quo
digreſſo: Fabrianenſes eo præſidio liberi correptis illico armis plebeq; ĩ ma
giſtratus cõcitata: ad hoſtes defecerũt: Quibus rebus geſtis rex motis caſtris
Hæſium a Troilo q iã ut oſtendimus: multo ante ꝑpigerat: accitus ire con
tendit: quo ubi uentum ẽ: Troilus ut erat aĩo exulcerato: oblitus tot ac tãto
rum Frãciſci beneficioꝝ: non mõ ſeſe regi cũ uniuerſis copiis quas ei Fran
ciſcus tuendæ urbis cã reliquerat: ſed ipſam ẽt urbẽ Frãciſco fideliſſimam
& loco ĩ picentibus poppurtuno ad bellũ gerendũ ſitã tradidit: fecitq; ita
ut ea urbis ꝓditio eius ad hoſtẽ trãſitũ p ſe turpẽ ac deteſtabilẽ turpiſſimũ
deteſtabiliſſimũq; & ꝑfidiã inſignẽ multo ĩſignioꝛẽ p oẽm ætatẽ redderet.
Arcella uero q̃ præfecti ſolertia a ꝓditoris manu ſeruauerat: in fide perſta
bat. Sed ea cũ Brunorius oĩum primus ut q̃tum militari arte ac diligentia
præſtaret: regi oſtẽderet: ex ꝓpinq; ædibus oppugnare adortus ẽẽt: nõ mul
to poſtq̃ oppugnari cœpta ẽ: maiore præſidii ꝑte tæloꝝ multitudĩe ĩterem
pta. Rex ꝑ deditionẽ potitus ẽ. Hæc tã ĩſperata duoꝝ inſigniũ uiroꝝ uno
tẽpore defectio repẽtinaq; tot oppidoꝝ rebellio picẽtũ cæteroꝝ aĩos uel ter
ruit uehæmẽter: uel extulit. Nã q aut clã cõſpirare iã cũ hoſtibus aut palã
de deditione agitare cõſilia cœperãt: ad defectiones audacius ĩpellebãt: qui
bus in officio ꝑmanere mens erat: metu nõ mediocri quatiebãt. Infirmi in
firmiores. Firmi uero molles ac parum reſiſtẽtes reddebãt: Ex quo cũ eſſet
pluriminm de Franciſci uiribus & auctoritate diminutum: plæriq; omnes
iam de illius fortunis actum eſſe exiſtimabant: ob eamq; rem Cingulani in
primis nouandæ rei occaſionem nacti in præſidium impetum fecerunt: mi
litumq; bona inter ſeſe partiti. oppidũ regi tradidere. Quod ubi acceperũt

Auximani conflata iã rebellione in Iohãne Tholentinatẽ & Antoniũ trium tum qui ei ſupplemẽto aditus fuerat: & in equitatũ uniuerſum populariter irruentes bonis oĩbus nudauerũt. Dein Ricinatenſes ab iis ſollicitati: mox & ipſi quoq; defecerũt: quoꝝ exẽplũ imitati ſunt picẽtes cæteri: q inter duos amnes Clentẽ ac Potentiã incolũt: qcqd inde Firmũ uſq; relinquebatur agri: ſine ulla ui in Eugenii pontificis dicionẽ deuenit. Acceſſit ad hæc mala: qđ fides nõ minus ĩ militibus copiaꝝq; ducibus q̃ in uniuerſis ꝓpe picenæ ꝓuinciæ populis pangustior infirmiorq; erat. Oẽs. n. eo hoſtiũ aduentu uacillare animis cœperũt. Flaſcus giraſius ĩter reliquos & Guilielmus bauerinus ad regẽ deſciuerũt: Quod fuit certe cõtra oĩum opinionẽ: cũ iis per oẽm fere ætatẽ Frãciſcus familiariſſime uſus eſſet: & ob id alterꝝ Staffolo: alterũ Maſſatio oppidis ĩter Hæſiũ Cingulũq; ſitis p̃ſidio reliquerat. Sed illi tot regꝝ motibus pculſi: ſuæ ſalutis cã ſeſe regi una cũ oppidis permiſerunt: quos ꝓpter eoꝝ egregiã uirtutẽ humaniter excepit: & ne ad hoſtem redirent: ſuæ militiæ aſciuit: & militũ illis numerũ & ſtipendiũ auxit. Sigiſmundus p̃terea ut erat homo natura mutabilis regꝝq; nouarũ cupidus: ubi de regis ĩ prouinciã aduentu cognouit: de deditione ad eũ clam miſit: cui deinde appropinquãti pollicitus ẽ: deſerto Frãciſco: ei ſeſe cũ oĩ eius diciõe deditũꝝ: imperataq; facturũ: cõfeciſſetq; rẽ certe: ut erat pollicitus: ac ſocerum inſup hoſti ꝓdidiſſet: p̃ſertim qđ uerebat: ne ſubacta ꝓuincia totũ poſtea in ſeſe bellũ cõuerteret: quodq; auaricia nõ mediocri ſtimulabat: cum grandẽ a rege pontificeq; pecuniã ſe cõſecuturũ expectaret: niſi qđ multa ĩterim acciderũt: quæ illũ a tãto facinore & ꝓhibuerũt. & deterruerunt. In primis qđ Franciſcus cui illius fides ſuſpecta eſſe cœperat: poſteaq; Fanũ ſe reduxit: portas urbis eius ſingulas ſuo p̃ſidio firmauerat: ſuoſq; ex fidelioribus p̃fecerat: ubi tot penes ſe ex ueterano milite cohortes habere uoluit: ut & Sigiſmundi copias & Fanenſem populũ numero ac robore longe ſuperaret: quodq; is ẽt multis argumẽtis apte intelligebat: & Philippũ Frãciſci partibus fuere. & uenetos ac Florentinos quibuscũ tota Flaminia ſentiebat: auxilia ꝓpediẽ miſſuros. Accedebat ad hæc p̃terea: qđ Frãciſcus ad ſuſtinendã inſolentiſſimi hominis petulãtiã: ſiqd pecuniæ ex Venetiis Florentia q; afferebat. magnã illi ptem dari iubebat: & ſæpe ubi minus erat pecuniæ uaſa argẽtea & gẽmæ ex uxoris ipſius ornamẽtis fœneratoribus credebant ut inde accepto argento illius auariciã quoad poſſet: expleret: poſtremo qđ cũ Dominico malateſta fratre q Braciana fidẽ ſequebat: ita egerat: ut qcqd ex ſua dicione aut ui aut uolũtaria deditione ad hoſtes defeciſſet: ſuo ille p̃ſidio firmaret. Rex urbe ut oſtendimus Hæſio recepta: aduerſus Franciſcũ recta ducẽdũ iudicabat: nec prius cõſiſtendũ: q̃ illũ tota prouincia depuliſſet: qđ exiſtimabat eius p̃ſẽtiã ueritũ Fano exceſſurũ. Sed Nicolaus ſpe per proditionẽ Rocecõtractæ potiundæ effecit: ut cõſiliũ mutaret: cum diceret eſſe non nullos ex p̃ſidio: q clandeſtinũ ſibi aditũ ĩ oppidũ pollicerẽt: quaſpe Rex adductus eo cũ exercitu profectus caſtra q̃proxime potuit muro ad mouit: ſed oppugnãdi oppidi nulla facultas dabat. Spes erat aut per proditionem capi poſſe: aut per aquationis inopiam ad deditionẽ cõpelli: ob eã q; cãm rurſus ita in arctũ toto fere peditatu quo plurimum regius exercitus abundabat. Petrobrunorio auctore atq; duce cinxerũt: ut oem prorſus aquãdi extra muros obſeſſis poteſtatẽ ademerint. Qua re oppidani ĩmul & peregrini milites tãta aquæ penuria laborare cœperũt. ut diutius ferre nõ poſſent. At Roberthus quẽ ut ſupradiximus: p̃ſidio Frãciſcus p̃fecerat: q̃q̃ ſeſe hoſtibus alacriter obiiciebat: crebriſq; eos nõ tam diurnis q̃ nocturnis eruptionibus fatigabat: ſubmouere inde conabat: adhibita diligẽti ĩtus cura: nequa ſeditio oriret: nequue motus excitarẽtur nullũ aquæ tamẽ inopiæ remediũ inueniebat: cũ præſertim neq; plueret: neq; unde aquã exhaurire poſſent: haberẽt. Oĩa. n. caloribus ãreſcebant. Ea igit difficultate: ne oppidum hoſtibus dedere cogeretur: in hunc modum prouidit. Eo aquæ reli

quo quæ aut puteis aut uasis aliis seruata supererat: homines tantūmodo uti pmisit. Equos ac iumēta quæq; occidi: & p præcipitia ī hostiū castra demitti iussit: Quod ubi Alphōsus animaduertit: obsidionē soluēr instituit. Itaq; motis inde castris ad Metaur amnē cōtinuato itinere pfectus millia passuū quīq; a Fano cōsedit. Ex itinerē totus fanensis ager q ultra id flumē est: Regi primū ultro deditione facta ī Dominici Malatestæ ut erat ante cōstitutū: deuenit potestatē. At Frācīscus eo hostiū aduētu cognito q; erat ut demonstratū est: lōge īferior maiore pīsertim copiar parte p oppida præsidio distributa urbē se cōtinebat: leuia tamē plia haud pcul urbis mœnibus cōmittebant: Interea aduenere Iohānes balbus & Petrus cotta legati a Philippo missi: de qbus supra mentionē fecimus. Hi primū Fanū ad Frācīscū flexerūt: q posteaq illū legationis causam edocuere: ī castra ad regē accesserūt: cui cū eadē quæ prius p Baldizonū exposuerat: retulissent: respondit rex: mississe se ad Philippū legatos: ex qbus q; sui sit cōsilii: facile cognoscere: & tamē paucis eos rex summā quas legati ad Philippū pertulissent: edocuit. Inter hæc Zarpellio & Dulcius quos Frācīscus rursū e Tuscania reuocarat: magnis p Hetruriā Flaminiāq; cōfectis itineribus Fanū puenerāt: & petita iterē diu a ueneris Florētinisq; auxilia: Bononiēsibus pacatis rebus Arimīnū tandem aduentare cœperāt. Præterea Flascus & Guilielmus pœnitentia ducti ad Frācīscū cū suis redierāt: Alphōsusq; q; frustra p ea loca tēpus terī aīaduerteret: nec de obsidēda urbē pp loci situm sperar posset: cū mari ut ostēdimus: abluar: qua facile & cōmeatus & auxilia importari mittique poterāt: & Frācīsci maxime pīsentia obsidionē multo tolerabiliorē obsessis diuturniorēq; futurā uidebat: statuit: dimissis legatis: ipse suo cū exercitu retrocedere: ī regnūq; remigrare. Itaq; & ipse & Nicolaus pluribus iam consumptis diebus diuīsis copiis inde uno eodēq; die mouerūt. Rex Metauro suparo ad Bodiūmontē exercitū duxit. Picininus copiis Hisauro traductis ad Laureūmontē pisaurensis agri municipiū castra posuit: quo īde auxilia res copias ne Frācīsco iungerē: trāsitu phiberet: quæ ut diximus: in Arimīnēsiū fines careruatim ī dies appellēr dicebant. Ex quo fiebat: ut Frāciscus īter bina castra medius esset. Rex cōtinuato p hæsinos Auximanosq; itinerē Firmū duxit: cunq; ad eā portā quæ ad orā maritimam portūq; uergit: milites positis armis stationibus faciēdis intēderet: Alexāder uir & cōsilio grauis uir & armis acer: q ei urbi ut ostēdimus: perat: subita eruptione facta: nouissimū agmen a tergo adortus: magnū iis terroē intulit: ex qbus partim cepit: partim fugauit. Sed exaudito clamoē cōspectoq; tumultu hostes sumptis ppe armis opereq; castroq; ītermisso magno ī Sphortianos impetu ferunē: q multitudine pressi terga uertere coacti sunt: sed ī urbē tamē īcolumes se receperūt. Insigne apud portā certamē fuit: Taraconēsibus ītra urbē Sphortianos repellere: illis uero hostes pcul mœnibus arcere innitēti bus. Adiuuabat Taraconēses ille res plurimū: q; Alexāder cū non nullos ex Ciuitate ac ēt ex equitatu pditionis suspectos haberet: nō audebat totis copiis pdire ac omnē uim ī hostes facere. Post hæc Alphōsus q eo maxime cōsilio ibi castra firmauerat: ut experiret: an eius aduētu motus aliq ī urbe excitarenē: cū nō nullos ciues esse accepisset: q eo ppinquoē facto sese Romanæ ecclesiæ mox dederēt: spe p pditioue urbis potiūdæ delectus Et itē perspecto eius situ: quæ loci natura lōgo ambitu & ualido insup muniebar: præsidio: p obsidionē ad deditionē redigē posse diffisus: Paucis post diebo motis castris ad turrim palmar Firmani agri municipiū pfectus est: Inde Maranū duxit: ubi magna ac repētina rex cōmutatio ī perfugas facta: magnaq; illis illata calamitas. Dedicerat p eos dies Frācīscus: Alphōsū nō satis Troilo ac Petrobrunorio fideī: quod haud lōge abesset a suspitiōe: ne ii duo cū hoste sētirēt: cuius cōsilio ad se ueniss̄ēt: sui perdēdi aut magni alicuius detrimēti inferēdi causa. Quare Frācīscus curādū sibi instituit: ut regi usq; adeo de perfugis suspitiōem augeret: quo ille eos aut perderet omni

h

no: aut fortunis omnibus exueret: & ita hostis beneficio perfugarꝝ ulcisce
ret iniurias: Nec.n. dubitabat homini peregrino Italico generi ꝓpemodum
diffidenti adeo fugas ipsos ꝓditionis suspectos reddere: ut essent pœnas ali
quando daturi: cũ Gotholani p̃sertim suapte natura Italos semper odissẽt:
hẽanſq; apud eos ĩfidi. Itaq; mittit ad Alexãdrꝝ cõfestim nũcius priusq̃ rex
Firmũ ꝑuenisset: cũ epistola ad Troilũ Brunoriũq; ĩ hãc snĩtiã cõscrpta: ut
ꝙ iã erat cõstitutũ: maturarẽt: nec amplius ꝙ facturi essent: tardarẽt. Eius
modi epistolã iubet Alexãdrꝝ in hostiũ castra ꝑferendã curare: eo cõsilio: ut
intercepta ad Regẽ deferret. Eodẽ tẽpor Fani diuulgat zarpellionẽ se ꝓpe
diẽ Firmũ cũ equitatu nauibus missurꝝ. Fecit Alexãder: ut erat a fratre ius
sus: Proin capto ab hostibus cõtinuo cũ epistola nuncio ad Regẽq; perducto
patefacti trãsfugarꝝ doli mox uisi sunt: & quãto ĩ piculo cõmunis oĩum sa
lus seruaret: si se cũ Alexãdro ꝓditores coniũxissent: Regẽq; ĩuasissent: quo
rũ ĩ equitatu ac peditatu magna totius regii exercitus uis cõsistebat: Quã
obrem extẽplo armato exercitu utriq; ĩ p̃toriũ accersiti mox cõp̃hẽsi sunt:
armisq; equis atq; omni supellectile quæ ĩgens ꝓpe erat & p̃tiosa denudati
Nec ita tẽperari militũ furor poterit: ꝑꝑ nefãdi facinoris magnitudinem
cuius insimulabant: quin oẽs eorꝝ copiæ eandẽ pertulerint calamitatem. ti
mor.n. subito natus plærunq; mẽtẽ timẽti cõsiliũq; eripit. Eos postea Nea
polim ꝑductos & in citeriorẽ hispaniã missos Rex ĩ arce Satabiæ ualentini
agri custodiri iussit: ubi supra decẽniũ in uinculis ꝑmanser. Postridie Rex
Inde discedẽs trinis castris ĩ Asculanũ peruenit: & mille circiter passus ab
urbe castra fecit: quo ciuiũ quorundã patria ꝑ seditionẽ iam antea pulsorꝝ
suasu deflexerat: qui ei intestinorꝝ motuũ si Asculo cũ exercitu appropin
quaret: spẽ dederãt ꝑꝑ propinquitates & Clientelas: quas ĩ Ciuitate haberẽt
Sed cũ ibi triduũ mãsisset: nec motus aliq a proscriptorꝝ ꝓpinqs fierent: ꝙ
nemo p̃sidii metu arma sumere auderet: Truentũ trãsgressus: ꝑ sui regni fi
nes copias hyemandi gratia distribuit. In itiner quicqd inter Firmũ Asculũ
que oppidorꝝ ĩtercedit: ecclesiæ nullo negotio reddidit. Ipse ẽt Alphonsus
Interãnã & Ciuitellã suæ dicionis oppida Asculanis ꝓxima quæ eo usq; in
Frãcisci fide ꝑstiterãt: oppidanis omni spe auxilii derelictis sese ultro de
dẽtibus: ĩ potestatẽ accepit. Quibus cõfectis rebus Iohãneantonio ursino Ta
liacocio Paulo sangue & Iacobo mõtagatha cũ militũ manu picẽtibus iis p̃
sidio relictis q inter Asculũ Firmũq; sunt: Neapolim rediit. Inter hæc bra
ciani nõ aperto bello sed latrocinantiũ more Ariminẽsiũ Frãciscũq; finis
die noctuq; infestare nõ cessabãt: ꝙ palã ꝑuadere regionis loca nõ audebãt:
ob metũ eorꝝ: qui & Fani & ꝑ Ariminẽsiũ municipia distributi p̃sidio erãt
Zarpellio itẽ cõtra ualida equitũ ac peditũ manu sumpta Frãcisci iussu Fa
no egressus multis magnisq; ꝑ rebellẽ prouinciã excursionibus factis cũcta
tumultu ac terrore ꝑmiscebat. Magnũ captiuorꝝ ac pecorũ numerũ agens:
oppidumq; Seram q̃ Comitũ picẽtes uocãt: ui captã p̃dæ militibus cõcessit
Interim auxiliares copiæ supra quattuor armatorum millia quas ueneti ac
Florẽtini: ut p̃diximus: miserãt: oẽs ĩ Ariminẽses cõuenerãt: quarum ducto
res erãt Taddeus æstensis: Guido rango: & Tiberthus brãdolinus a uenetis:
& Simonetus & Florẽtinis missi. Post hæc Frãciscus eas sibi copias iungere
Picininumq; ubicunq; esset: inuadere ĩstituit: sed neq; illæ ad se neq; ipse
ad eas hostibus transitum prohibẽtibus ire poterat. Duces tamẽ copiarum
hosti apropinquar iussit: Locumq; castris ad Sãctum Iohãnẽ quẽ ad Mare
nianum dicunt: quattuor circiter passuum millia ab picinino distãtem de
legit. Hunc & si natura & artificio munitus erat: fossa tamen & agger mu
nitionem reddendum curauit. Dein & zarpellionẽ Fanum redir. & Alexan
drum cum iis copiis quas secum habebat: cumprimum Regem Truentum
trãsisse exercitũq; ĩ hyberna dimisisse cognouit: ad se q̃celerrime ꝓficisci
imperauit: q Cõticino carpensi & Christophoro cremonensi cũ eqtatu ac
peditatu Firmi p̃sidio relictis: per Ancõitanorũ fines & per maritimã dein

Bottolani Italos semp odere

Troilus & Petrus Brunorꝝ Capiuntur

Ductores venetꝝ Florentinorꝝ

de oram paucis diebus Fanū peruenit. Præterea q̄ maximas undiq; copias po
test: eo cōuenire iussit. Cōduxerat. n. haud multa pecunia paulo ante mato
rē regii peditatus partē cū ipsis cēturionibus q audita multisq; exemplis p
specta Frāciſci singulari ī milites liberalitate ac munificētia: deserto rege:
dum ille apud Fanū esset: regnūq; postea repeteret: magno ad eū studio con
fluxerāt. Omnibus igit̄ rebus quas bello usui fore putarat: cōparatis: copiis
que unū ī locū coactis Frāciſcus circa nonas Nouēbres Fano eduxit: agmine
que instructo ī hostē ire cōtendit: eo cōsilio: ut exercitu Hisaurę traducto:
castrisq; nō lōge ab eo flumine positis: postero die se cū altero exercitu con
uerbis diſtineri: aditus ad principē ſibi difficiliores eſſe: nūcios ad eū ipſis inſciis miſſos: opa maliuolor quorūdā hæc agi: Qui cōfictis dolis eū perfidiæ Philippo īſimulaſſent: Quibus de rebus Petrū poſterlā ad Philippū remittendū cōſtituit: q cū oīa noſſet: oīa uidiſſet: apud eū ſuā īnocentiā multis affectā calūniis purgaret: ueritati teſtimoniū perhiberet: diceretq; deinquæ ad gerendū bellū & ad conſequēdā de hoſtibus uictoriā expedire uidebant. Petrus Franciſci dicto obtēperat. ac magis diurnis nocturniſq; confectis itineribus quarto die Mediolanū puenit. Cūq; ducis præſentiam adire mittētis mādata relaturus quæreret: Philippus & aduentu eius & rebus ante falſo delatis ſubiratus: eo ī auditō: iuſſit Ferrariā cū nouis mādatis q̄primum ſe cōferret: ibiq; eſſet: donec qd ab eo amplius fieri uellet: ei iniūgeretur: cuius īperio ita paruit: ut ne ad Frāciſcū quidē de his quæ acciderant: quicq̄ ſcribere auſus ſit. Quibus ex rebus & Frāciſci ad Philippū profectio multos in mēſes ꝓtracta eſt: & ueneti magis atq; magis inoleſcere: Philippi res ī dies labi deterioreſq; eſſe cœperūt: atq; oīum tandē Longobardiæ prouinciæ maloꝝ initia ꝓuenere. Nā interim ueneti primo uere ingēti coacto exercitu Cremonenſem primo agrū apto bello inuadunt: eoq; paucis diebꝫ haud multo negocio in poteſtatē redacto ꝓ tranſadduanos deinde profecti rurſus adduā eo ponte quē ad Caſſianū ut p̄diximus: ædificarāt: Michaele duce exercitū traducūt: multis ac magnis totā Marteſanæ orā Mediolanū uſq; incurſionibus p̄dis atq; incendiis deuaſtāt. Nec amplius tribus ab urbe paſſuū millibus ad lambratū uicū caſtra ponūt. Inde collatis ſignis ad oriē talem portā ꝓgreſſi oīa timore cōplent. Leuia interdiu ꝓ porta præliacom mittūtur. Imperauerat. n. Philippus nō nullorū ciuiū quos cū hoſtibus ſentire ꝓſenſerat: inſidias ueritus & ſuorū belli ducū uirtuti parū fidens: quos poſt Caſalenſem pugnā hoſtē ꝓpemodū formidare cognouerat: non minus populū in certamē erūpere uolētē q̄ milites præter paucos urbe ſuburbiiſq; cōtineri: & portas ſingulas neceſſariis ſuis fidoq; milite cuſtodiri. Cauſa aūt Mediolanū propius accedēdi fuit. Quod ueneti ciuiū quorūdā Mediolanenſiū ut ferūt: opa: q uti Philippū ſuſpicari diximus: cū ipſis ſentiebāt urbe aut ꝓ ꝓditionē exorto tumultu aut ꝓ deditionē potiri poſſe: aut ſi id minus fieret: ab Philippi eā tamē īperio ſpe uendicandæ ſibi libertatis defecturā ſperabāt. Sed cū ad lambratū hoſtes triduū caſtra habuiſſent: nec qc quā in ea re cuius potiſſimū cā eo uenerant: ꝓficere uidiſſent: inopia ēt cibariorū coacti adduā uerſus remigrare cōſtituūt. Itaq; ſigna in briantinos diuertūt. Brippienſiū arcē primū ad ipſam fluminis ripā ædificatā tormētis ſubactam: barrūq; monte & uniuerſam briantinorū regionē ꝓmittentibus ſeſe incolis occupant: ponte deinde apud Leucū oppidū turre inſigni cōſtructū bombardarū ui obtinēt. Quibus rebus geſtis tantus oīum mētes terror occupauit: ut dedentibus ſeſe paſſim municipibus: qcqd agri montanæ regionis ab flumine addua uſq; Comū intercedit: cū utroq; larii lacus littore ī uenetorū poteſtatē breui deueniret. Et quoniā ſubacto Leuco ꝓpter loci opportunitatē parum ſeu nihil ꝓficere poſſe arbitrabāt: magno oppidum apparatu adoriunt: Sed cum nulla obſidēdi qua ad larium ꝓtinet: facultas ſuppeteret: terreſtri mō exercitu circunſedere oppidum. Quod cum ꝓ dies ſupra quadraginta oī bellica machinatiōe oppugnaſſent: multis certaminibus expugnare adnixi ſunt. At egregia quadā oppidanorum ī Philippum fide & ſingulari nō minus mīlitū q̄ præfectorū uirtute: & q obſidiōis initio eo miſſi p̄ſidio fuerāt: & q prioribus labore & uulneribus confectis poſtea naui adiutoribus comēſibus īregri uiribus ſubmiſſi ſunt: ita deſeſſū ē oppidū ut nō ſolu ab obſidētiū īpetu ſeruatū: ſed magna ēt ſtrage hoſtes pugnādo affectos eē cōſtet: & graue iſup detrimētū exercitū oēm accepiſſe: & adeo graue ut neceſſe tādē ducibus fuerit: deſerta oppugnatiōe relictaq; regione ea in tranſadduanum Cremonenſemq; agrum ad reficiendum tot incommodis attritum exercitum deſcendere. Quod quāto afflictis Philippi

rebus in tãto belli furore adiumẽto fuerit:nõ facile explicari posset. Dum hæc ab uenetis gerũt:Philippi copiæ partim oppidis atq; urbibus quæ in frontibus erãt:sese cõtinebãt:partim trans padũ in hybernis agebãt.Quod &si nõ multo hostibus numero & militaribus ornamẽtis iferiores erant:& ab ducibus magnũ belli usum habẽtibus ducebãtur:tamẽ memores Casalẽsis p̃lii neq; in aciẽ aduersus hostes exire:neq; unũ in locũ cõuenire oẽs audebãt:neq; si auderẽt:Philippi iussu cũ imperatore carerẽt:eis licebat. Philippus postea q̃ nullũ suæ saluti sanius præstari posse cõsiliũ uidet q̃ Francisci præsentiã:cõstituit tandẽ ad se illũ accersere:misitq; Pisaurum Scaramuciã balbũ legatũ:q eius e picẽtibus discessum oĩbus p̃termissis rebus curaret:uirũq; cũ exercitu q̃ celeriter fieri possit:in Longobardiã perduceret Cæterũ multis exhausto sumptibus eius ærario scribit ad Alphonsum regẽ pacis belliq; sociũ:q supiore anno ut supra ostendimus:ferendi auxilii cã Tibur uenerat:exercitũq; in florẽtinos uenetoq; socios parabat:ut ea rursus Fráciscũ pecunia iuuaret:qua ex hybernis copias educere & ad se mature cõtendere posset. Alphonsus & Nicolaus Romanus pontifex qui eo anno ĩ põtificatu Eugenio successerat:nihil magis cupiẽtes:q̃ Fráciscũ Piceno excedere:longeq; eoq; finibus amoueri:occasionẽ nacti ita Philippi legatis apud seré eandẽ ꝓcurãtibus sæpius respõdẽt:Si pecunia Philippus Frácisci cã iuuãdus erat:oportere Fráciscũ ipm prius aurũ q̃ dependat:urbẽ Hæsiũ quæ ex oĩ Piceno ꝓximo bello ei reliqua erat:romano pontifici tradere. At Fráciscus &si multis de causis urbẽ sibi fidelissimã tot bellorq; labores ꝓpessã pecunia in alieni ĩperii potestatẽ ab se trãsferri inuitus patiebat:tamen & assiduis Philippi ꝓcibus uictus:& perituri eius ĩperii periculo cui occurrẽ decreuerat:ꝓmotus:eã pontifici qnq; & triginta aureũ nũmũ millibus ab rege p̃solutis inuitis ẽt ciuibus tradi iussit. Accepta pecunia ac ĩ milites dispersa ad Isauros copias cõuenire ĩperat. Galeaciũ interim primogenitũ suũ & Hyppolytã filiã admodũ ĩpuberes Corrado Soliano germano suo cũ armata equitũ cohorte comitãte Cremonã p̃mittit ea potissimũ causa:quod sperabat illis Parma urbe trãseuntibus fore ut si nõ ambos saltẽ alterum auus ex unica filia natũ uisendi amplectẽdiq; illius desyderio ad se ꝓducendum iuberet. Sed q̃uis de illoꝝ aduẽtu multis ante diebus factus esset certior:tamẽ quia ob eas quas p̃diximus:cãs non bono in parẽtes erat aĩo:ne ullum quidẽ ĩ eos paterni amoris ostendit signũ. Sed tanq̃ ignotos remotissimisq; regionibus ꝓfectos fines suos p̃tergredi permisit. Sub idẽ tẽpus Philippus ipse ĩgẽtibus cõfectus curis in graue incidit febrẽ corporisq; profluuium:cuius qdẽ ualitudo cũ paucis q̃bus ad eũ patebãt aditus:nota esset:ita cæteris fuit incognita:ut prius de ipsius morte q̃ de ægrotatione fuerit Fráciscus ab suis legatis certior factus. Cæterq; coacto paucos intra dies exercitu ad quintũ Idus sextiles q fuit annus ab incarnatione christiana quadrĩgentesimus quadragesimus & septimus supra mille:Pisauro cũ Bláca coniuge alexándro germão fratre p̃sidio ibi relicto mouẽs die quarto Cothonio iam puenit:ubi cũ biduo q̃tis militibus dandæ cã fuisset:decimo octauo kalendas septẽbres qui erat dies festus quo annua beatæ Mariæ uirginis assumptio celebrat:Leonelli æstensis nuncius refert secreto ei Philippũ diẽ suum obisse. Quo ĩsperato nuncio accepto:tãta est animi ægritudine affectus:ut quo se uerteret prio auditu incertus esset:Plures n. uno ac eodẽ tempore difficultates occurrebãt:quæ nõ mediocriter eius animum & ꝓturbabãt & angebãt ĩ primis pecuniæ iopia:sine qua ĩ gerẽdis bellis nihil fieripotest. Cernebat exercitum:cum iã impartitæ ad ornãdum eum haud satis pecuniæ fecissent oĩum penẽ militarium regẽ egenrẽ:uidebat præterea se illũ diutius alere nõ posse:& ab quò tã necessario tẽpore subleuari & ad quem potissimum cõfugere posset:hẽre neminẽ. Cogitabat id:qd euenit mortuo philippo futuꝝ ut tã antiquum tãq; opulẽtum uicecomitum ĩpium nullo administrante plures in ꝓtes distraheret. funditusq; euerteret:eiusque rei

Mediolanenſes ĩperii caput præcipue initiũ fore: quos excuſſo ſeruitutis iugo: ĩ libertaté ſeſe uendicaturos exiſtimabat. Idéq; reliquas Longobardiæ ciuitates quæ Philippo parueranti facturas non dubitabat: Sciebat uenetos quos Philippi eiuſdé partẽ ſecutus deſeruiſſet infenſo ſibi eſſe aĩo: cũq; potentiſſimo exercitu nullis repugnãtibus in foribus eſſent: totius longobardiæ ĩperio breui potituros metuebat. De florẽtinis &ſi in replublica eorũ ꝓpter ueterẽ ſingularẽq; inter eos amicicią ſũmá habebat fidẽ: tamẽ quod uenetis ob Philippi metũ ſocietatis fœdere multis ante annis iuncti eſſent: nihil eo tp̃re qđ ad præſentem ſuá neceſſitatẽ ptineret: ſibi polliceri poterat. In Alphonſo rege ꝓpter inueterarũ eius in ſe odiũ nullá ſpem ponẽdã Hæc eadẽ inſequẽti nocte aĩo ei uolutãti uiſum é: cœptũ iá in Lõgobardia iter ſũma celeritate pſequendũ eo cõſilio ut cũprimũ parmenſiũ fines attigiſſet: exploratis amicoꝝ animis de potiunda urbe tentaret: quoꝝ in ciuitate factionẽ rubrã ob antiq̃ eius in Sphortią parentẽ ſuũ beniuolentią & in ſe poſtea ſeruatã ſibi eo in negocio fautricẽ & obſequentẽ futurã arbitrabatur. Deinde pfecta aut ifecta re Cremonã pficiſci: & qbuſcũq; fortunæ caſibus ſe obiectare: & pro tẽporũ cõdicione fluctuãtibus undiq; Lõgobardiæ rebus ſe accõmodare. Itaq; mane ſũmo cũ lachrymãte uxore Blanca caſtra mouet: & p Bononienſem mutinenſem & regienſem agrũ quartodie trinis caſtris ĩ parmẽſes puenit: & ad lentiæ fluminis pontẽ nõ ꝓcul ab urbe Parma caſtra ponit: mittit Mediolanũ cõfeſtim Benedictũ reguardatũ Nurſi num uirũ & medicinæ ſcientia pollentẽ & rerũ uſu præſtantẽ & nõ ĩfacundum: q ex itinere placentinos laudẽſeſq; ciues: papienſes itẽ ſi ea flecteret: & Mediolanenſem populũ ſuo de aduentu edoceat: & ſuá oĩbus opẽ pollicea tur: dat deinde operã parmenſiũ aĩos de urbe dedenda cognoſcere: Sed dũ ei rei ſtudet miſſi ſunt quattuor ad eũ ab nouo ciuitatis magiſtratu legati q ſuá rẽpublicã ſuáq; libertaté cõmendarẽt: neue ĩiuria maleficioq; ab eius exercitu urbs amica ſuiq; agricultores uexenẽt: impetrarent. præterea mortuo nuperrime Philippo eorũ principe libera ſua ciuitate relicta rei ſũmæ gubernaculũ ciues ſumpſiſſe: ſuáq; libertaté tueri ac ſeruare & nullius deinceps poteſtati tradere cõmuni oĩum cõſenſu iureiurãdo decreuiſſe renunciarent. Ei legationi Frãciſcus ita reſpondit: Quod res ſuæ ciuitatis tãtopere ſibi cõmẽdaſſent: quaſi dubitare uideręt: neq; detrimẽti aut a ſuis militibus parmenſiũ agris ĩferri pateręt: aut ipſe in ciuitatẽ moliręt nõ oportere: Se ꝓfecto eũ non eſſe q negligere lacerare peruertereue ſed ſeruare potius & augere amicorũ ĩ ſe ſtudiũ didiciſſet. Ciues parmenſes iãdiu ĩter primarios Longobardiæ habuiſſe amicos. Proĩde ut bono eſſent aĩo: hortatur: Nã ita ſe cũ illis acturũ: ut Frãciſcũ amicorũ nõ eſſe ĩmemoré ĩtelligerent. Cæterũ unũ a ꝓmenſibus oĩno ſcire uolebat: ubi ſua modo ope ciuitate ſeruare nequeãt: uniuerſa ferme Italia bello flagrãte: quo cõſilio quoue p̃ſidio freti uitã acturi ſint: Ad hæc legati cũ nihil eius rei ab eoꝝ magiſtratu ſibi mãdatũ eſſet: ignorare qd reſpõdere poſſent: dixerũt: unũ hoc tãtũ affirmaſſuos ciues pacẽ & amicicią cũctis gẽtibus ſeruare cõi cõſilio cõſtituiſſe. His reſpõſis Parmã redeũtibus legatis protinus oẽm exercitũ populationibus rapiniſq; iuſſit abſtinere. Cæterũ & ad qetẽ militibus dãdã: & ad p̃ſentes ĩſtantesq; longobardaꝝ reꝝ ĩmutationes cognoſcẽdas biduo cõſedendũ duxit. Itaq; tã ex Iſis Mediolano platis q̃ ex nũciis ab reliquis ciuitatibꝰ quæ Philippi fuerãt: uenientibus: qd poſt ſoceri obitũ ſit actũ: exq; rẽdo ſic accipiebat. Philippum cũ dies ꝓpetuos octo & ꝓfuſo uentris ꝓfluuio & uæhementiſſimis febribus laboraſſet. Idibus auguſtis circiter ſecundã noctis horam uniuerſa ꝓpe ĩſcia ciuitate naturæ cõceſſiſſe. Id factũ ne ſit cõſilio eorum. q pricipi aderãt. ob ꝓxios hoſtes an potius dolo ĩcertũ. Incertũ ẽt: cũ de uita dubitare uideręt. qd aut de ĩperio aut de cæteris rebus ſuis decreuerit. Alẽbatur ſane apud eũ factiones duæ Sphortiana & Braciana. Braciani qdẽ quorũ principes præter eos quos ſupra memorauimus: aderãt Frãciſcus lã

drianus & Broccardus persicus numero & auctoritate prævalētes rem oēm ad Alphonsum regē trāsferri cupiebāt: studebātq;. At Sphortiani quorum primus Andreas byragus qđ iuris erat: ad Frāciscū Philippi genex & adoptione filiū: oriebāf q; quotidie uel eo adhuc uiuo quædā uelūti cōtrouersiæ cū alii dicerent nō esse Frāciscū eiusmodi q tātū īperiū tueri posset: quod & pecuniis careret & amicicijs: ob eāq; rem Alphonsum regē præferebant: qui & terra & Mari potētissimus Thesauris ingentibus abundaret: fuissetq; a Philippo duce & dilectus unice & Maximis ornatus beneficijs. Alii contra Barbax esse Alphonsum: nihil habere cōmune cū nr̄is moribus genere gotolanū. Frāciscū uel sola humanitate māsuetudineq; naturæ oībus esse carissimū: eundē satis habere pecuniax: cū ab uniuersa fere Italia in primisq; a militibus sūmo habeaf in præcio. Inter hæc princeps ille extrema ui morbi repēte oppressus: excessit ex humanis: cū ne morituz quidē ita breui se putaret. Non defuerūt tamē: q ob factionis studiū dissēminarint in uulgus statuisse eū oēm sui īperii potestatē ad Alphonsum regē deferendā. Nōnulli quoq; auctoritati magis credit: eū ubi omni spe uiuēdi amplius derelictū se uideret: hæc dixisse ferūt. Vellemus e uiuis nobis migrātibus cūcta euersione ruinaq; agitari ac misceri. Quāq; neutrū profecto nobis satis probabile uidef. Ea quidē aioz irritatione: cōtinuo in arcē exceptus ē Raymundus boylus: q non multo ante ab Alphonso rege cū auxiliaribus copijs: ut ostēdimus: esset ad Philippū missus. Qui autē Arcellæ præerāt: erat. n. hæc ad murū exteriorē ī dextero arcis angulo admodū parua: sed ualida ac eminētior: armis uirisq; munita: tres centuriones Ruber ualla Bonifacius belingerius ac Dominicus lamina cū expedita & firma manu oīs generis peditum magnis clamoribus Alphonsi regis aragonūq; nomē inuocarūt. Id aūt creditum est arte ac dolo eoz fabricatū: q sibi qđ essent braciani rebusq; suis a Francisco metuebāt. Cū illuxisset tā inopinato & graui núcio urbs perculsa est: illico tabernæ oēs occludi: trepidari undiq;: clamoribus oīa misceri: qđ consilii capiundū esset: oēs ambigere. Raymūdus qui in arcē erat admissus: cōtinuo ad se acciuit oēs militū ductores. Guidonēantoniū fauentinū Carolū Gonzagā Aloysiū uermiū Guidonē taurellū & fratres Sāctoseueri nates Aloysii filios: q tum forte Mediolani erant. ab his fidē accepit: foř: ut Alphonsi regis partes tutelāq; capesserent. Cæterum hi singuli: ubi ex arce egressi sunt: cogendaz copiaz cām simulātes: cum iis q libertatē amplexabant: cōuenere acceptis pecuniis: Nā posteaq; Philippū principē Mediolanē ses intuerenf amissum: & urbē ipsam ab hostibus fere circunsederi: decreuerunt sese oīno ī libertatē uēdicare ac nulli prorsus parere principi. Quare delectis ex uniuersa ciuitate uiris optimatibus quattuor & uiginti: quaternis ex singulis portis: oēm & aīum & cōsilium a peregrino īperio ad ppriā libertatē cōuerterunt: Nec obstiterunt tamen: quo minus Philippi corpus honorifice sepulchro mandaref: & si ob tumultuātē populum in rebus tā inopinatis sine ulla solēni pōpa factum ē. Dehinc eq tatu oēm ac bona quæ ī monasterio diui Ambrosii ītra urbē erāt Raymundi quē ī arcē exceptum audierāt: uerterunt ī pdā: tētatisq; eoz animis: q arci præerāt: sine ulla difficultate minimo prætio ea potiti sūt. Quos uero Arcellæ præesse diximus ii q̄q̄ initio ptinacissime repugnabāt. tamen cum arte quadā apud eos īere bruisset: neq; Frāciscū neq; Alphōsum ob nimiū locoz ī terualluum auxilio esse posse: cesserūt tādē Mediolanēsiū postulatis: dispritisq; ī ter sese aureis nūmis decē & septē millibus: quos ī Philippi scrinijs repperissent: & reliq; Philippi ducis bona & Arcellā Mediolanensibus dediderūt. cōtinuoq; iussu populi uniuersum castellū una cum Arcella solo æquatum ē. Mira p id tēporis īter ciues oēs cōcordia. adeo ut nō minus ab unius domīatu q̄ a teterrima peste abhorrerēt. legatos ad uenetos mittere „p societate & amicicia opamq; dare. ut eæ ciuitates. quæ sub Philippo fuissent cū ipsis sentirēt: ac sese sibi dominos asciscerēt: Principes aūtē & quasi auctores libertatis erāt

Antonius triultius Theodorus bossius Georgius lāpugnanus Innocētius cot
ta. Sed papienses potissimū ab eoꝝ postulatis aīos auertere: & ꝓ uetere qua
dā siue æmulatōe siue odio irritatōeq; animoꝝ oīa malle quā Mediolanē
ses nō mō dominos sed ne ulla qdē ī ꝑte superiores admittere. Reliquæ ue
ro ciuitates & oppida aīoꝝ cupiditatibꝰ ī diuersas distrahi snīas. Nā cogni
ta Philippi ducis morte: repentino quodā motu sese ī libertatē uendicant.
Singulæ regēdæ reipublicæ curā suscipiūt. haꝝ nōnullæ arces urbiculasq;
ꝑ deditōem receptas decreto publico seruādas: Nōnullæ fūditus demolien
das cōstituūt. Placētini ex duabus alterā munitiorē arcē: papiēses urbiculā
cū arcē firmissimo peditū ꝑsidio Matthæo bononiēsi ꝑfecto qui cognomē
to bologninus uulgo appellabat̄: custoditā obtineri nequirēt: dirui iubent.
Cæteꝝ uniuersa prope longobardiæ ꝓuincia sūptis illico undique armis ī
seditōibus dissensiōibus & tumultibus uersari: rebelles extorres fugitiui pa
triā repeter̄. In bona aliis iā ꝑ fiscū cōcessa īpune redire. Omnia rapinis cla
moribus cædibusq; ꝑmisceri. Nullus neque hūano neque diuino iuri locus
esse: nullus timor nullus dei metus. Comēses Alexādrini & Nouarienses ci
ues: q antiquo & ꝑcipuo quodā necessitudinis iure cū Mediolanensibus ui
uere cōsueuerunt: eoꝝ sese fidei cōmisere. Laudenses cōtrario studio ducti:
ad uenetos Mediolanēsiū aduersarios mentē cōuertunt. Ob id Picinini utri
que e Mediolanēsi agro suis copiis in eoꝝ suburbia sese recipere cōtenden
tes ingressu ꝓhibiti: Pisleonē oppidū propere cōfugiunt. Idē factitatū ē per
Caroli Gonzagæ Guidonisque fauētini milites: qui absentibus eoꝝ ducibꝰ
ab laudensibus pulsi cū nescirēt quo se uerterent: eodē se festino itinere re
cepetūt. Dein Gelpha factio quæ principatū ī ciuitate obtinebat: cōiuratōe
de tradēda uenetis urbe inita: ī eorū exercitū q adhuc ī cremonēsibus erat:
sui: ut demōstrauimus: reficiendi cā Michaelē & legatos ad capessendā urbē
accersitū mittit. Qua re cognita: legati nulla mora toto cū exercitu eo ꝓfi
cisci maturāt: aditusq; ꝑ pontē in Adua ædificatū patefacto: urbē arcēq; nul
lo negotio recipiunt: copiasq; ꝓtinus oēs in laudēses traducūt. hoc successu
rerū haud multo post Sāctū colūbanū: qd̄ est oppidū īter laudē & papiam
medio ferme itinere positū & eius arcē & tum loci natura tū ingenti ædifi
ciorū structura munitissimā hoc tā repentino rerū motu defensoribus nu
dā ueneti nullo labore ī potestatē accipiunt. Quas ob res placentini rerum
nouarū cupidi: & si antea Philippi īperio metuq; liberi uariis dissensiōibꝰ
uexebātur: tū magis tamē atque magis ueluti ī ciuitate quadripartita factō
ne laborante: intestinis discordiis exagitabant̄. Alii de dedēda uenetis urbe
suader̄. alii quorū saniora erāt cōsilia cognito ex Benedicti Nursini uerbis
Frācisci in parmenses aduētu: ne ī trāsferendo in alienā potestatē suæ ciui
tatis īperio faciles essent: ꝑdicare ac ea in re dies aliquot supsedendū cēser̄:
quo tꝑe perspecto insubriū rerū euētu qd expediret: liberius tutiusq; elige
re possēt: Idque sine ullo ciuitatis periculo atque detrimēto: dūmō oēs idē
sentiāt: effici posse. Padū amnē aduersus hostes: qui ī laudensibus essent: fir
missimo sibi ꝓpugnaculo ualidoq; ꝑsidio futurū demōstrāt. Sed. n. ut plæ
rūq; fit in magna ꝑsertī ac īperita multitudine: pars maior meliorē uicit.
Gelphi. n. idest ex quattuor ciuitatis factōibus tres fere simul iūctæ: q mer
catorū & populariū numero in ciuitate plurimū poterāt: ad uenetorū exer
citus ducē legatosq; aduersantibus frustra anguissolis his cū mādatis orato
res mittunt: Vt primū de dedenda urbe deque cōdicionibus agerēt. Deinde
ꝑsidiū ī urbem trāsmittendū peterent: quo ager & q rebelles patriæ forēt.
ciuitati suæ subiicerent̄. Post ubi ab duce legatisque uenetorū satis placen
tinorū postulastis factū est: mittunt̄ statī placentiā Gerardus dādulus lega
tus: qui ciuiū regimini ꝑesset: & Thaddæus æstensis uir & lōgo belli usu &
fide egregia clarus cum duobus eqtū & totidem peditum millibus: qui ur
bi præsidio esset. hi continuo e castris ad rem conficiendam profecti: padū
que multis scaphis celeriter transuecti: magno populi concursu in urbem

recipiunt quorũ aduentu Florẽtiolani. Arquates. pegrinates. & cæteri q̃ re
gionibus iis bracianæ dicionis erãt: cõmoti de deditõis cõditõibus iã ĩter se
se agere cœperunt. Fliſci p̃terea eodẽ tpe ex genuẽſibus ſuperato apennini
iugo magna ſatellitũ mãu Variſiũ Burgũ ualliſtari & Varſiũ: quæ oppida
in placentinoꝝ finibus ad montis radices Picinini poſſidebant: p deditionẽ
accipiunt. Vianinẽſes aduerſo finitimoꝝ ſtudio ad Frãciſcũ cũ miſiſſent ro
gatum auxiliũ: ei ſeſe pmittunt. quos prĩos deditionis initiũ ad Frãciſcum
poſt eius in Hæmyliã aduẽtũ feciſſe ꝓſtat. Angelus tertius Nicolai Picinini
filius ab ruſticis circũuentus occidẽ. Mediolanẽſes interea ad Scaramuciã
balbũ ſcribunt: Frãciſcũ adeat hortẽ: roget: ut ſicuti pro Pphilippo bellũ
cũ uenetis geſturus ueniebat: ita pro Mediolanẽſes reipublicæ ſalute aduer
ſus eoſdẽ cões hoſtes belli ſummã ſuſcipiat: & quæ Pphilippus ipſe promi
ſiſſet: eadẽ ſe facturos affirmet. Quibus rebus cognitis Frãciſcus Cremonã ſi
bi maturandũ ratus quo tot creſcẽtibus quotidie longobardaꝝ rerũ diſcri
minibus: quoad poſſet occurrẽs Mediolanẽſibus pſiſtendi adderet: in unũ
ſe locũ colligẽdi ſecũq̃ iungẽdi poteſtatẽ faceret: biduo poſteaq̃ eo uenerat:
diſcedit: & cũ iter iuxta urbis mœnia ĩſtructis ordinibꝫ faceret: aſpiceretq̃
parmẽſes portis clauſis multis p̃ muros armatoꝝ millibus diſpoſitis urbẽ
cuſtodire: nec certi adhuc q̃q̃ná habere potuiſſe memoriæ teneret: q̃bus le
gibus cũ illoꝝ ciuitate Mediolanẽſibus uiuẽdũ eſſet: iuſſit ſigna ordineſq̃
conſiſtere & ſummæ rei prĩcipibus quos p̃manſes Antianos appellãt: p tu
bicinẽ renunciari niſi apertius intelligat: quẽadmodũ in reliquũ tp̃s pmã
ſes cũ Mediolanẽſibꝫ habituri ſĩt: ſe loco nõ abituꝝ. Quo ducti metu pmẽ
ſes mittunt ad Frãciſcũ quatuor ciues q̃ dicerent decreuiſſe parmẽſem po
pulũ Mediolanẽſis populi ſocietatẽ ſequi eiuſq̃ amicos & hoſtes amicorũ
hoſtiũq̃ ſuoꝝ numero habituꝝ. Quibus probatis rebus chirographoq̃ fir
matis. Frãciſcus ad Tãrum fluiuũ progreſſus caſtra locat. Huic ĩcognito ha
bitu ĩterclusis hoſte itineribus Antonius triultius ab Mediolanenſibus ma
gna celeritate miſſus: rogat: polliceꝫ que eadẽ: quæ pridẽ Mediolanenſes ad
Scaramuciã ſcripſerãt affirmat legatos propediẽ e Mediolão cũ publica fœ
deris ineũdi poteſtate affuturos. At Frãciſcus & ſi magnis angebat curis: qđ
q̃bus poſt ſoceri obitũ ĩperare ſperabat: ii ſibi ĩperaturi eſſent: tamen quia
cædendũ erat tpi: optimũ maximeq̃ neceſſariũ iudicauit: ut ita oĩa metire
tur & ageret: ita æquo oĩa dura pferret aĩo ita oẽs ſubiret labores: ut Lõgo
bardiæ ĩperium: qđ aliquãdo cũ amicicia ac induſtria tũ armis ſibi uendi
care poſſe nõ deſperabat. ĩ uenetoꝝ nõ deueniret poteſtatem a quoꝝ manu
difficillime eripi poſſet. Itaque cœpto ĩ itinere pgenti Horoládus palauici
nus duos ex filiis quos maxĩe probabat obuiã mittit: qui aduẽtũ cõgratulẽ
tur: operã ſuã: quãtacunq̃ ſit polliceanꝫ: in hoſpitiũ deducãt: & quid fieri
uelit ĩtelligãt. Frãciſcus lætus gratias agit actaliũ uiroꝝ ſtudio maiora ſpe
rans cũ oĩa cõſilia ſua aperuiſſet una prãſus recreatis copiis omniũ rerum
copia ab iiſdẽ large ſubuecta diſtributaque equitatus pte p eiuſdẽ Horolá
di oppida in hyberna: miſſis florẽtiolã & ad reliqua Picininoꝝ oppida: quæ
proxĩa erãt: q̃ oppidanos hortati: quos: ut oſtẽdimus: placentinoꝝ mutatio
terruerat: ĩ fide cõtinerẽt: Gremonã cũ uxore proficiſcit: & die poſtero põ
te quẽ partĩ ligneis colũnis partĩ lintribus in pado flumine ſummo ſtudio
Philippi ſũptu ædificandũ curauerat: exercitũ ĩ cremonẽſẽ traiicit agrũ. ei
que adiũgit quingẽtos & mille circiter ex fauẽtinis copiis equites: qui: cum
piſleone eas cõſiſtendi nullus eẽt locus: timore territi Cremonã uenerãt: ac
inter duos amnes: q̃ e regione eius urbis ĩſulã quandã efficiũt: ſtationes ſibi
delegerãt. Poſtridie uero eius diei aſſumptis ſecũ paucis militibus quos tan
tũmõ p̃ſidii cã ĩ itinere penes ſe uolebat: ne Picininis pauori eẽt: Piſleonẽ
cõtẽdit. Quo ubi uenit: exploratis rebus repperit oẽs ĩgenti urgeri timore:
& Frãciſcũ Picininũ uariis fluctuare curis: Nã ob antiquas inimicicias ſibi
a Franciſco Sphortia metuens: ſecreto de rebus ſuis cũ uenetis agere cœpat

tantuſq; eum faſtus inuaſerat:uel demẽtia potius ut cũ iis paciſceret: Cremoná ſibi Cremáq; quo pauloante Iacobũ fratré cũ parte copiaꝝ miſerat: dari debere:eoq; iam res deducta erat ut nõ lõge abeſſet a poſtulatis. Hũc igitur Franciſcus Sphortia ita animo labantem miti oratione confirmat:ac multa de optimo ſuo erga eũ animo ꝓteritis omiſſis iniuriis pollicẽdo metu leuat ac liberat. Ceteroſq; item.q cũ eo erãt:benegerendæ rei adhortatõne ſanat:ſibiq; conciliat. Deinde qua ratione quoue initio bellum aduerſus hoſtes pro reipublicæ Mediolanẽſes cõmodo ſuſcepturi ſint cõſultãt. Eodẽ die Frãciſcus Cremoná reuerſus.inuenit legatos Aloyſiũ boſſiũ & Petꝛ cottam a Mediolanẽſibus miſſos: quoꝝ interuẽtu cũ mediolanẽſibus ipſis res eius cõdicionibus-iiſdem:qbus cũ Philippo conuenerat:compoſita eſt: una modo adiecta:q; ſi dum.p Mediolanẽſibus Frãciſcus bellũ geret Brixiã capi contigerit:libere Frãciſco pareat.ſi & Veroná Brixiã Mediolanẽſibus dimittat: Veroná retineat. His confectis rebus circa nonas ſeptembres per Piſleonis ponte Frãciſcus ĩ laudenſes trãſit: piſleo.n.nuper ĩ Mediolanẽſiũ puenerat poteſtatẽ:Petro uicecomite oppidanoꝝ & Antonio cribello arcis præfectis eius deditionis auctoribus. Dein Frãciſcũ picininũ Iacobo fratre Cremæ relicto:& Caroli milites ſibi aſciſcit:& non longe ab Addua eo die conſedit. eius trãſitu mox Maledani & Cotoniates municipes ab uenetis defeciũt:& miſſis in caſtra nunciis dedunt. Per eos dies hoſtes ad Caſale poſtrigoꝝ caſtra habebãt:& arcellã quãdã q̃ Iacobus Immolẽſis:cuius erat ager ſeruandã curabat tormẽtis tũ deficiẽtibus: obſidione ac cõminatione obtinere conabant. hæc ubi Michael uenetoꝝq; legati ab exploratoribus cognouerunt:diffiſi uiribus relicta arcellæ obſidione Laudẽ repetũt:& non procul ab urbis mœnibus ſtationes firmant. Dehinc & ſi hactenus poſt Caſalẽſem pugnã cõtemptis Philippi militibus ueneti p patentes cãpos nullo ordine uagabant: tamen Frãciſci aduentu eius auctoritate moti loca tuta ac munitiones quærere:& incurſionibus abſtinere cœperũt. Adeo ĩcredibilis ille impetus reꝝ uictoriaꝝ curſus:quo ueneti magnopere læti elatiq; breui ſe totius Longobardiæ imperio potituros confidebãt:uno die repreſſus eſt: Cum prius poſt laudenſiũ placentinoꝝq; deditionẽ:nõ defuerint papiẽſes ciues nõnulli: q termerario quodã auſu & gelphe factionis ſtudio eoꝝ caſtra adierint:aditumq; in urbẽ daturos ſe uenetis polliciti fuerĩt. Poſtridie uero coacto undiq; exercitu Frãciſcus recto apertoq; itinere ĩ hoſtiũ cõſpectu Sãctum columbanũ petit. Quod oppidũ ꝑter lambꝝ eſt amnẽ. Ibi caſtra ponit facileq; omni ex pte oppidũ arceq; circunſedet:q; ea res & latus unũ caſtrorũ ripis fluuii muniebat. & ex altera parte quæ ad meridiẽ & occidẽtẽ eſſẽt ſolẽ: tuta ab hoſtibus reddebat: & cõmeatus ab papiẽſibus & tranſpadanis oppidis:ut ſine piculo eo cõportarent: efficiebat. Quibus rebus pmoti hoſtes:quo obſeſſis ſubueniãt:parta tueant: & ſuperioris uictoriæ nomẽ retineãt:bergomẽſibus brixiẽſibuſq; delectũ imperãt. Milites q caſtris aberant undiq; cogunt exercitumq; quam magnis poſſunt copiis augere die noctuq; nõ ceſſant. Idemq; Frãciſcus facit. Mediolanẽſes quotidie hortant:ut copias quæ Philippi ducis fuerãt:cõducãt.exercitũ quoq; ſuũ augeãt. Quod tamẽ ægre admodũ pecuniæ inopia efficiũt: Nam poſt Raymũdi cũ regiis copiis receſſum Alberthus pius carpẽſis:q primus papiẽſe ſeptũ: qđ ſummo Philippus ſtudio uoluptatis gratia magno animaliũ ſilueſtriũ numero refertũ ſeruari curauerat:cũ ſuis cõfluente undiq; magna ui hominũ populari cœpit:beſtiisq; uacuũ reliquit: Carpũ remigrauerat Multi ꝑterea nõ tã milites q̃ ductores aliẽa quærẽtes ſtipẽdia Lõgobardia excedẽt. Quorũ multi ad hoſtes paulatĩ trãſiẽr. Quod quãtum mediolanẽſis reipublicæ cõmuniſq; ſalutis ĩtereſſet:Mediolanẽſibus & belli gerẽdi ĩperitis: & reipublicæ gerẽdæ inſuetis demõſtraꝝ nõ mediocriter elaborabat. Erat Bartholomæus collio ut ſupra demõſtratum eſt: modoetiæ ĩ arce:quẽ ſupiore anno ob fugæ ſuſpicionẽ Philippus cõpræhẽdi iuſſerat:eiuſq; bona papiẽſi ĩ arce ſer

uari: Milites uero Nicolai guerrerii curæ cõmendarat. Is cum post Philippi
deceſſũ humanius mitiuſq; p pfectũ arcis ſeruaret occaſione ſeſe ĩ liberta
tẽ dandi nactus: p funẽ noctu lapſus carcere ſe eripuit: curſuq; celeri p lan
drianũ uicũ ubi eius forte milites ſtatiua habebant: Papiã confugit: quẽ ma
gna ſuoꝝ pars ſubſecuta eſt. hunc: ſuis ab inſequẽtiũ incolaꝝ furore ſerua
tis Frãciſci rogatu ab papiẽſibus exceptũ: Mediolanẽſes Frãciſci quoq; hor
tatu ſtipẽdio cõducũt. copiaꝝ reliquũ reſtituũt: atq; reſarciunt. Cũ hæc ad
Sãctũ colũbanũ agerent: fiebat ab papiẽſibus qbuſdã ciuibus quotidie Frã
ciſcus certior: eoꝝ ciuitatẽ factionis ſtudio duas eſſe ĩ ptes diuiſã ciuilibus
magniſq; diſſenſionibus laborare: nec diutius ſuis cõſiliis regi ſeruarique
poſſe. eius rei hãc eſſe pcipuã cauſã: q; cõſultãtibus ſæpe ĩter ſeſe ciuibus d
publicis rebus: & ĩ quẽ potiſſimũ ciuitatis principatus cõmode tranſferri
poſſet: uarias ĩ ſentẽtias ferebant. quas ob res creſcẽtibus ĩ dies odiis non ſi
ne magno oĩum diſcrimine reſpu. adminiſtrabat. Nã alii ut quiſq; p affec
tu animi trahebat: Karolũ francoꝝ regẽ. Alii Ludouicũ eius primogenitũ
Delfinũ uiẽnenſem q cũ ĩ Allobrogibus eſſet: eo legatos miſerat: ad explorã
dos de deditione ciuiũ animos: pponere. Alii Ludouicũ Sabaudianoꝝ ducẽ
Plæriq; Iohãnẽ Mõtiſferrati Marchionẽ. Leonellũ æſtẽſem alii cuius iuſſu
Albericus Maleta eodẽ uenerat: optãt nominareq;. Alii ad ppauci admodũ
potẽtiſſimo finitimoq; ſibi uenetoꝝ dominatui urbẽ cõmendãdam: dicẽt.
Mediolanẽſiũ uero poſtulatis ad quos legatos miſiſſent: nemo erat: q aſſen
tiendũ putaret. Quibus cõtrouerſiis ĩ ciuitate uigẽtibus ciues nõnulli quo
rũ prius Sceua curtes uir ĩgenio propmtus & animo audax Frãciſco cuius
eẽt domeſticus: q; eius familiaritate ĩ piceno fuiſſet uſus: ſecreto litteris nũ
ciiſq; frequẽtibus p ſuadere: uti ad potiundã papiẽſiũ urbẽ animũ mentẽq;
uerteret: ſeq; illi aditũ p portã quam ipſi ĩ manu habebãt datu ros polliceri
Hæc Frãciſco diu multũq; uolutãti plura occurrebãt: quæ eũ magnopere
deterrebãt: quo minus negotiũ ſuſciperet. Primũ: q; ſciebat: ſi id fieret Me
diolanẽſes moleſtiſſime laturos: ab quoꝝ amicicia eo rex ſtatu diſceꝺ ẽdũ
nõ putabat. deinde q; arx ĩ Bolognini adhuc eſſet poteſtate: quẽ cũ ſub Bra
cii perũſini adoleſcens militaſſet armis: braciẽnoq; deinde fauiſſet nomini
minime ſibi obſequẽtẽ futurũ exiſtimabat. ex quo: qa res poſſet ĩ ſummũ
deduci piculũ: negotiũ ĩ diẽ ducẽdũ: amicoſq; uerbis diſtinẽdos cẽſebat. Ea
re uix dum cõſtituta: Bolognini inopinãtẽ Frãciſcũ ſecreto nũcius adit. Ex
eo optimã illius de dedenda arce erga ſe uolũtatẽ cognoſcit. Qua re rurſus
ĩ cõſilio cõmunicata: & ſi ĩ eadẽ qua pauloante erat: ſentẽtia pſiſtẽdũ ſibi
uidebat: tamẽ ſuorũ impulſu ne dũ hortatu: ne tãtũ inſperatæ oblatũ for
tunæ munus negligeret: quæ qdẽ res facile poſtea ad uẽdicãdũ ſibi reliquũ
Philippi imperiũ pbitura eſſet iter. miſſus ẽ ab eo tãdẽ ad arcis pfectũ Boſ
car unus e familiaribus. Qui biduo poſt: Bologninũ Agnetis maynæ matro
næ pſtãtiſſime multis cõtinuiſq; cõpulſũ pcipibus arce cui peſſet. libero ei
animo tradere iſtituiſſe. duo tamẽ ab eo petere: unũ ut ĩ Attẽdulã familiã
adoptet: ut ſicuti actenus bracianæ factionis habitus eſſet: ita in poſterũ &
nomine Sphortianus haberet nũcupareq;. Alterum ut quãdocunq; Sãcti
angeli potiundi oppidi affuerit poteſtas: cõitatus dignitate inſignitus eo op
pido donet. Hæc ãt mulier ex nobiliſſima ac uetuſtiſſima mayna gẽte or
ta ea fuit: ex qua Blãcã Philippus dux filiã ſuſceperat: quæ p id temporis:
quo Philippus ipſe emigrauerat e uiuis ĩ papiẽſium urbicula illius iuſſu
agẽs. urbicula ipſa p Frãciſcum Caſatẽ pfectum papiẽſibus tradita: ĩpetum
populi uerita ad Bologninũ ĩ arcẽ cõfugerat: & maiorẽ militaris pſidii ptẽ
ĩ ſuã ſententiã traxerat: effeceratq; ut pfectus maximis cum Mediolanenſi
um & Piciminorum tum ẽt uenetorum pollicitatiõibus ptermiſſis de pmit
tenda Genero arce ſibi morem gereret: præterea eſſe ĩ ciuitate ea cõplures
p pſpecto ſingulari arcis præfecti ĩ eum amoꝝ: ad ſe dum Papiæ eſſet: per
noctem acceſiſſent: eodemq; ſe fore animo ad urbem dedendam dexiſſent:

quo de arce Bologninus esset futurus: Sceuamq; cuius modo mētionem fe
cimus: ob patefactū ī uulgus portæ facinus īgēti populi tumultu cōpræhē
sū: ac torquēdū ī uincula cōiectū: incolumē ī pristinā libertatē restitutum.
His de rebus Mediolanēses certiores facti ad Frāciscū legatos mittūt Guar
neriū castilioneū magni cōsilii uirum. Oldradū lāpugnanū. & Antonium
triultiū: quē pauloante ī castra missum dixeramus. Qui paucis eum uerbis
hortarent: ut quēadmodū ꝓmisisset: ita curaret: ut urbes atq; oppida uni
uersa: quæ Philippo nouissime paruerāt: suo cōsilio atq; ductu Mediolanē
siū subigerent īperio. Ad hæc Frāciscus: q; ad se ꝑtineret: libēter se factuꝝ
respōdit: modo quæ iussissent Mediolanēses: a belli gerēdi ratione nō disce
derēt. Nā ita instituisse papiēses se accepisse affirmabat: ut nullo unq̄ cōsi
lio adduci possent: quo Mediolanēsiū obtēperent uolūtati: ciuibus īter sese
diuisis quenq; ꝓ animi affectu nouis rebus studere: Nouo ciui pareāt prin
cipe necesse esse. Cōplures se audire nō tā Italici generis q̄ exteræ gētis po
tētissimos reges atq; principes: populoq; Mediolanēsi infestissimos: q sum
mo studio summisq; & publice & priuatim ꝓpositis muneribus ad ꝑoccu
pādū eripiēdūq; nobis nobilissimæ illius urbis principatū ītendāt. Quod
si fieret: quāti momēti Mediolanēsis reipublicæ ītersit: facile oēs ex ꝓpinq
tate agri multaꝝq; reꝝ usu ꝑspicere posse. Aperuitq; deinde se posteaq̄ eo
cū exercitu uenerat: potuisse dedētibus sese ultro ciuibus ac ꝑfecto arcis: ur
bē ipsā simul & arcē suo ꝑsidio munire: quæ nūc eoꝝ tenerent potestate:
Sed Mediolanēsiū cā rem adhuc distulisse. Veꝝ qa res papiēses ꝓ Mediola
nēsium uolūtate cōponi nequaq̄ possent: Nō alienū hoc tp̄re a reꝝ gerēda
rū usu arbitrabat: Quinetiā eoꝝ reip cōmodo cōmuniq; oīum saluti ꝑ ne
cessariū uidebat: eos precari: qđ ꝓ eoꝝ modestia ita apud suos magistratus
cū Mediolani fuerint: agere uellēt: quo papiēses prius ī alienā q̄ spe ꝑcipita
rēt dicionē: suā ī potestatē recipi posse: æquo animo paterent. Quæ qdē res
cū nō modo fortunas eius omnis: sed ipsū ēt caput ꝓ Mediolanēsiū gloria
proq; suarū rerū amplitudine sit expositurus: nō minorē eorū reipublicæ
erat utilitatē allatura q̄ si Mediolanēsiū dicto papiēses audirēt. Ostēdit ꝑ
terea esse apud papiēses ꝑfectūq; arcis bellica īstrumēta omnia: qbus in bel
lo Philippus tā terra q̄ flumine pado uti cōsueuerat: sine qbus ꝑsēti bello
cuius tota fere moles suo impēdebat capiti: minime fieri posse animaduer
tebat. Nā neq; ipsū oppidū: qđ circūsederēt: expugnar sine machinis: neque
hostes ī placētinos trāsitu sine classe ꝓhiberi poterāt. Hæc oīa si sibi papiē
ses paruerint: q̄primū Mediolonēses cōsecuturos: Hæc & si legatis non gra
ta erat oratio: tamen Mediolanū redeuntes se ad suos omnia relaturos dixe
re. Interea Papiæ cōmuni ciuiū cōsensu re de urbis deditione cōstituta nō
multo post legatorū discessū: octo ex primariis ciuitatis ad Frāciscū ī castra
de publicis trāsigendis negotiis mittunt Laurengus Isymbardus: Albericus
Maleta: q paulo ante ut ꝑdiximus: Papiā uenerat a Leonello missus. Iohan
nesiacobus Ritius Petrus beccaria. Antonius Ionates. Iohānesantonius Astul
sus. Iohanes frāciscus Botigella. & Iacobus zazius. Cæterū dū hos Frāciscus
perbenigne & summo honor īter quotidianos labores & mille rerum incō
moda suscipit: ab speculatoribus cognoscit: hostes īfestis signis eodem cōtē
dere ad dimicādum paratos. Quo nuncio ꝓtinus omnes armari: & suis quē
que locis ītra castrorum munitiōes acie cōsister iubet. Carolum gonzagā
q paucis ante diebus cum Guidone fauentino eius socero ī castra uenerat:
turma eqtum delecta trās lābrum ad lacessendum hostium mittit. reliquos
castris cōtinet. Obsessi uero: ubi suos ex lōgo ꝓspectu appropinquar in ca
stris arma misceri: & huc atq; illuc cōcursari ītuent: magnos ī cælum læti
clamores toller. & q; antea lāguide fecerāt nūc acriter ī nostros stationesq;
militū tæla lapidesq; cōiicere cœperunt. At Michael ubi neq; loco Frāciscū
ceder: neq; copias ad ꝑlium cōserēdū castris educer uidet: ī statiōes qua ue
nerat: regredit ꝓpius lābrū passus circiter quingētos ea potissimum

opinione ductus: q̄ cū uenetoꝝ exercitus ut ostēdimus: magno copiaꝝ numero creuisset: Mediolanēsiū uero ne dum nō auctū: sed diminutū potius īteligeret: hostē uiribus īparē tantū impetū nequaq̄ expectaturꝝ putaret. Sed si forte expectaret: & pugnādi copiā existimatōis retinēdæ gr̄a faceret: aut munitionibus frætus castris se cōtineret: eo cōsilio castris discesserat: ut iutrūq̄ seu ad cōfligēdū aptis cāpis: seu ad flumē ui trāseundū: & ī hostiū munitiones irrūpēdū ei ēet patus aīus. Sed ubi hostē īstructa acie castris se cotīere cognouit: Alterū q̄ pauloāte sibi offerri optabat: detrectauit oblatū. paꝝ tamē eo die defuit: q̄n nō nulli ex papiēsibus legatis aduenientibus hostibus ingēti pauoꝝ territi: īfectis rebus fugā petierint. Sed Frāciſci uirtuti nō diffisi: quē nō timētem sed impauidū intrepidūq̄ omnia sapiēter obire cōspiciebant: restitere: ita ut & ipsi quoq̄ circūspiciēdi studio ī frontibus aliquādo essēt. & admirati imperatoris ī instruēdo ordinē: ī cohortādo admonēdoq̄ mīlite uerba: ī mittendis uarias ī partes nominādis uocādisq̄ uno tp̄re multis memoriā: uocē ī accersendo increpandoq̄ terribilē: & oīum eius dicto audientiū celeritatē: dicerēt: nō posse quēpiā eo duce decipi. & ī pniciē labi. Idē affirmaī atq̄ p̄dicaī non tam milites: q̄ duces militū: q superiore tēpoꝝ sub Philippo stipēdio meruerāt. Postero die legati postulatis p uolūtate īpetratis: rebusq̄ de urbis traditione firmatis: demū reuerterūt. Cū his Franciſcus Roberthum Sāctoseuerīnaté & Carolū campibassi comitē uicarios misit. Hi ab uniuerſo papiēsi populo ī credibili pœne gaudio excepti cōmunitis militū p̄sidio portis oībus regimē urbis curāq̄ suscepēr. Bologninus uero Franciſco arcē: & quicqd in ea esset supellectilis: seruatuꝝ p fitēr: eamq̄ nisi Frāciſco ipsi quē intueri corā uellēt se traditurꝝ nemini: deum immortalē testaī. Columbanēses īter hæc obsidionis angustias difficultatesq̄ cæteras amplius perferre nequeuntes re p̄sertim de subsidio desperata dedunt. Qui āt p̄sidio arcis p̄erant: deficiētibus ī dies cibariis de deditione & ipsi quoque agere ceperūt. Itaq̄ nisi intra octauū diē quo tp̄re dimēsa cibaria quæ essēt in arce: uix defensoꝝ uictui snppeditarēt: auxilia mitterent: eiusmodi ab uis: ut obsidiōe liberarēt: dedituros se arcē paciscunt: obsidibusq̄ datis: ubi nihil inde opis p̄stari sibi posse cognouerūt: ante p̄stitutam diem sese atq̄ arcem Frāciſco pmisere. Cæterū dum p inducias tempus ī castris cōsumit Frāciſcus summa imperii picinino fauentinoq̄ relicta: cū paucis ex suis insuetis armis Papiā p̄ficiscit. Acceptusq̄ maxīo oīum concursu: maximaque lætitia primū cathedrale Beati Syri tēplū ad gratias deo optimo maximo agendas petit. deinde ad arcem uertit: moxq̄ introductus: præcipuo quodam amore singulariq̄ fide a Bologninō recipit: Qui nulla circuitione exceptō neq̄ usus: q̄ ultro pollicitus esset: amplissime præstādo: sese simul & libe ros dedidit: dicauit: arcem & quicqd ī ea esset rerū: q̄ Philippi fuisset ducis tradit. Erat. n. Bologninus mitis ingenii: nō multi tamen negotii: sed p̄bitatis & fidei plenus: Postero die ī eodem templo p eosdem ciues: quos ī castra legatos uenisse diximus: rursus ad id negotii p populū constitutos oīs ciuitatis potestas: iusq̄ in Frāciſcū eiusq̄ posteros pleno iure trāsferret: eumq̄ ciuitatis principem publico diplomate declaratū: Catōe legū pitissimo orāte p urbis īstitutione ac dignitate papiensiū comitem appellant: & cunctis de seruāda fide iusiurādū præstāt. His peractis ad ineūdā ciuitatis gratiā Iacobum Ionatem & Moretum Sanctonazarium uiros fortes & magno ac diuturno belli usus p̄stātes: qui mortuo Philippo: acciti: præsidio suæ ciuitati uenerāt: mille cum equitibus suæ militiæ adiecit. Deinde quoniam & Mediolanenſes & Ludouicum Sabaudianorum ducem ab duabus partibus contrario studio in eā papiensis agri orā q̄ lumellinā uocāt: & ī trāspadanos ad sollicitāda de deditione municipia & oppido uno atq̄ eodem tpe mississe intellexerat: eo & ipse legatos Albericum maletā & Iohānem Iacobum ricium mittendos celeriter designat. Quorum præsidio Iacobum & Moretum cum his mandatis p̄ficisci iubet: ut qui obtemperarent ciuitatis īperio

municipes ĩ fide cõtinerent: eosq; ab exteroꝝ iniuriis tuerent: ĩfirmos animoq; uacillátes ad sanitaté reuersos cõfirmarét. Rebelles & nondũ alienæ potestati deditos ĩ dicioné redigere conarent. iis át quos seu ad Mediolanéses seu ad Sabaudianũ defecisse cõpererĩt: nullá uim nullaq; iniuriá facerét q; p eam tempestaté neq; cũ Mediolanésibus de his rebus cõtendendũ: neq; bellũ Sabaudiano inferendũ uideret. Præterea cũ ad eripiédá uenetis q̃ haberent cõmeandi ĩ placétinos facultaté: opptimũ factu iudicasset: classé parari & ĩ pado flumine cõstitui: quattuor cõtinuo: ut uulgo appellát. Galeones ex iis q Papiæ asseruabant: suo sumptu armari: q; mediolanéses ad quos omnis belli eius impésa pertinebat: ad res conficiédas admodũ tardos uidebat: ac e regione Placétiæ urbis ĩ ipso Flumine ad ꝓhibédos transitu hostes stare imperat. Sũt át Galeones triremibus breuiores: sed latiores ac sublimiores. Surgũt náq; ĩ tabulata ad summũ puppibus & proris altius sublatis. Agunt tum uælis tum remis fluminũ nauigationi solũ accõmodati. feruntq; super malos latiores pluteos: ex qbus armati homines iaculis sudibus ferreis & omni tæloꝝ iactu acriter subiectos oppugnát hostes. His p̃fecit Bernardũ & Philippũ Eustachios: qbus Riciũ Tarétinũ cũ peditibus qngentis p̃sidio adhibuit. hæc cũ ꝓ tépore celeriter prouidisset: arcé & si qualis quátaq; esset: solo aspectu diméſus erat: tamen diligétius pedibus reuisit Vbi hæc p̃ter cætera: quæ ad domus ornatũ ꝑtinent summa a Bolognino cura repperit asseruata. Reliquias in primis sanctoꝝ corpoꝝ q̃plurimas & summa ueneratione dignas: quas Iohánẽ Galeaciũ uicecõité primũ Mediolanensiũ ducé amplissimi imperii potétia ĩclytũ ex omni fere terraꝝ orbe singulari studio eo cõgessisse ferunt. Multa item p̃clara ac pretiosa argétea & deaurata uasa altaris ornatui accõmodata. Bibliothecá omni libroꝝ genere amplissime refertá ab eodé principe cõparatá. Deinde septé & decé aureum nummũ millia. Gemmas aurũ & argentũ ad magná summá. Ex his millia oĩno decé Frácisc us retinuit: reliquũ Bolognino dono reliquit: ex qbus millia qnq; a Bolognĩo ipso ĩ milites: quos ĩarce socios habuerat: distributa Præterea magná tritici salisq; uim: q̃ qd é postea in argétũ coactá ĩ exercitũ diuisit. bona uero quæ Collionis fuerát: eidé postremo restituéda imperauit. His rebus feliciter gestis lætus cũ de papiésibus uerba faceret: admirabat ꝓpemodũ urbis situm: regionũ opulétiá: ciuiũ ornatũ atq; p̃státiam arcis magnitudiné ac pulchritudiné. Quod & fossa altissima aqua repleta muniat & regiá cõtineat sedé miro artificio magnoq; sumptu cõfectá: adiaceatq; ab Aquilone planicies æquissima: qué Parcũ uocát: de quo supra métioné fecimus: millia passuũ uiginti ĩ circuitũ patens muro undiq; circundata: Quæ in hortos: ĩ prata: ĩ densas siluas ac nemora uerticibus arborum æquissima: ut manufacta uideant: diuisa colit: ac uno ex arce ꝓspectu cernit. Hic Philippo uiuéte magna erat leporũ dammarũ caprearũ ceruorum aprorumq; inclusa multitudo. Cápus quippe & ad uenationes & ad uoluptates capiédas aptissimus. Sic igit rebus papiésibus cõstitutis Benedictus reguardatus & Antonius Guido bonus ciuitati p̃ficiunt. Bolognino homini benemeréti rursus arcis cura cõmittit: & p̃diũ insuper ferax & apricum: q; uulgo Bereguardũ nuncupát: cũ arce & domo pulchra ab Frácisco possidédũ decernit. Ipse triduo post eo q̃ uenit ĩ castra reuertit.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER DECIMVS.

CVm esset in castris Frácisc us: perlatæ sunt ex Mediolão litteræ: qbus q̃grauiter eá papiésiũ deditõné Mediolanéses ferát cognoscit atq; ex ea re oés magistratus ciuitatis: qbus reip: sũma erat curæ: ita ꝑmotos eé: ut cum multũ ac diu ĩter

sese disceptassent: satius esse diceret: pacem eo statu rerum cum finitimis facere: q & in ancipiti bellorum euentu uersari: & in ducum præscriptu atq arbitratu: quos maxime nō satis sibi fidos fore suspicarent: remp. administrare: & tāta adeo eos animoꝝ irritatio cepit: ut Petrū cottam repēte in uenetorū castra nō ad petēdā solū pacē: sed ad incundū et fœdus secreto miserint. Veꝝ ubi ab uenetis despici & in insidias pniciemq ducī: si eorū postulatis assentirēt. Petri uerbis animaduerterūt: & ab tribus reliqs partibus socias ciuitates quatruor uno tpre premi intelligūtiqbus ex fœdere ab se subsidia mitti oportebat: rem papiēsem æquo animo ferendā censent: cū Francisco simuladū: eūq in officio cōtinēdū. Noui nanq sub idē tēpus in Longobardia motus fieri: Noua ac uaria undiq belloꝝ incēdia ab exteris pser tim gētibus excitari quotidie renunciabant: quæ nō mediocriter Mediolanensiū mētes & pturbabāt: & pterrebāt: q nisi ab se tātis malis breui occurreret: oīa summū in periculū casura facile pspicerēt: Quod uno fere tēpoꝝ Leonellus æstēsis castellū nouū & Cupriacū: Nicolaus mā fredus & Gigbertus corrigiani fratres Brixellū oppidū ī parmēsibus occuparent. Parmā Leonellus in suā redigeꝝ dicionē p Vitalēsis factionis principes nō desistebat. Genuēses Iano fregoso ciuitatis principe magnis pedestribus coactis copiis: qbus Petrū fregosū cū paruo eq tatu pfecerāt: Appenninū trāsierāt. Flacconū. Voltabiū: Vuadā & Nouas oppida dedētibus sese oppidanis sibi asciuerāt. Quibus rebus fiebat: ut omnia ab ea parte: quæ Derthonēsis & Alexandrini est agri: & ad Apenninū monte ptinent: hostilia essent & metus plena. Sabaudianus item legationibus primū: paulo deinde post pfectis cū delectu copiaꝝ missis: municipes nō tam Nouariēsem & papiēsē q Alexandrinū agꝝ incolētes magnis pollicitationibus de grauibus tollēdis oneribus: quæ hactenus ægerrime sustinuissēt: ppositis ad defectionē sollicitabat: bellicq insup timorē: nisi se dedidissent: graue minādo addebat. Ex quo q plurima caꝝ regionū oppida ptim spe: q. a uectigalibus fierēt: ī reliquū tempus immunia: Quæ res gratia semp fuit omni populo: & ubiq ī primis desyderata ī suā uoluntatē perduxit: Partim metu ad obsequia cōpulit. Quorū primi Valētini Bassianēses cū Burgēsibus ei e regione propinqs fuer. Nec minus Iohānes Mōtisferrati Marchio militaribus defitiēntibus copiis Guilielmo fratre cū uenetis meréte: ut erga se idē facerēt: oēs sibi pximos incolas: q Philippo obtēperabāt: tum litteris tū nunciis sollicitabat. Quoꝝ pmulti ex Parreta. Scarampa. & Spinula familia: q multa ī regiōe finitima possidebāt municipia: ea sollicitatione uicti sese Iohāni cōmisere. Cæterū maius aliud & piculosius ī Alexādrino agro ortū est: nō minus q uenetū Mediolanensibus pgraue & ī festū nō tam pp exercitus magnitudinē: q ex duoꝝ milliū equitū numero ad summū cōstabat: aut ducis auctoritatem: quæ obscura & minima erat: q pp regiū francoꝝ nomē apud longobardā gentē ad modū celebre & factioni gelphæ pgratū: cuius cā & auspitio bellū gerebaf. Eius uero tam subiti gallici belli origo hæc fuit. philippus post acceptā Casalēsem cladē cum ab uenetis ingenti exercitu: ut supra demonstratū est grauiter urgeref & uti externis auxiliis decreuisset: ad Carolū frā coꝝ regē Thomā Thebaldū bononiēsem cui pcipue & ob prudētiā & longā cōsuetudinē cōfidebat mittit: p eū Astēsem se urbē totiēs ab eo efflagitatā restituturꝝ pollicitus: quæ ad Karolū aurelianēsiū ducē utriq cōsanguinitate cōiunctissimū dotali iure ptineret: sine qua ab eo rege ea pser tim porꝝ fortuna reꝝq iniquitate nihil se impetrare posse arbitrabatur. Rediit Thomas psuaso rege multis post mēsibus ī Italiā: ut q de urbe pepigisset: efficiēdū curaret. Mox Karolus rex misit nullo absq psidio Raynaldum dresnēsē legatū recipiēdæ mūiēdæq tātūmodo urbis cā. Quod cū ītellexisset Philippus: mirū ī modū pturbatus statuit urbē nequaq dedendā: nisi pmissa a rege auxilia pugnatoꝝ decē milliū in Italiā pueniſſe cognouisset. Quæ rex nō reuocatuꝝ se pmisisset: nisi uenetis non tā ultra addua oliuq:

rei magnitudie gratia ac beneficētiā ī ōfficio cōtineret. Quare nō ſolū eius purgationē admiſit: ſed ēt de obſidēda Modœtia poſtulatis aſſēſus: quæcū que oppugnatiōi neceſſaria uidebant, pari mādat. & quoniā fuerāt: amiſſa torméta: alia tria nequaq̄ amiſſis deteriora: quæ Cremonæ aſſeruabāt: quo picinino ī tpe p̄ſto eſſent: Meltiū deuehi iubet. Dū hæc ī Mediolanēſibus gerunt, ueneti nouo refecto coactoq̄ exercitu trāſadduanā orā ītuaſer. Hæc enim ut ſupra docuimus: uenetis ex cōuētis debebat. Eoꝝ āt militū quos ad id belli cōtraxerāt: p̄ter eos: quos auxilio ad Frāciſcū miſerāt: ad ſex millia numero fuit exercitui Sigiſmūdū Malateſtā: q̄ æſtate ſupior: uti demōſtra tū ē: ī æthruria p̄ florētinis aduerſus Alphōſū regē bellū geſſerat: ueneti re pudiato pp ſeniū Michaele attēdulo duce: cū ſumma īperii p̄fecerāt. Vt ea āt regione facilius celeriuſq̄ ueneti potirent: Frāciſcus: ut erat ī eos aīo nō beniuolo minus q̄ grato: Sacramoré uicecomitē uirū & genere clarū: & arcē ī genio: clientelis cognatiōe & neceſſitudīe apud trāſadduānos auctoritate po lēte: eo p̄ficiſci īperat: trāſadduanis p̄ſuaſurū: ut ſe uenetis dedāt: eoꝝq̄ iuſ ſis pareāt. Qua q̄dē p̄ſuaſiōe nullo negotō Triuillianos ueneti carauaginoſ que & reliquos oram trāſadduanā icolētes: cremēſibus duntaxat exceptis: ī tra paucos dies ī deditionē accepere. Nā Cremēſes cū eēnt oppido tutiſſimo q̄ ab uno latere palude muniti ſunt: ab reliqs tribus muro foſſaq̄ latiſſima aq̄s repleta cingūt: habebātq̄ p̄terea cū grādē populariū numerū firmiſ ſimū militū p̄ſidiū: cū ī Mediolanēſiū fide p̄ſiſtere decreuiſſēt: hos tādē ue neti q̄ anguſtius poſſūt: caſtris circūſedēt. frequētibus deīde turribus ligneis & omni tormentorū machinaq̄ genere enixius ptinaciuſque aggreſſi: oppi dum oppugnāt. oppidani ſuſpectis factionis Gelphæ ciuibus electis ex oppi do: cū ea militū manu cui Gaſpar Vicomercatus p Mediolanēſibus erat: q iā pridē ſub Frāciſco meruerat: factis ī hoſtes crebris eruptionibus: demū bombardaꝝ ſpiramēta ferreis clauis obſtruūt: turres īcēdūt: munitioneſq̄ cæteras euertūt: q̄bus rebus fiebat: ut lōge grauiora ea eēnt detrimēta: quæ obſidētibus uenetis: q̄ quæ obſeſſis Cremēſibus īferebant. Nā quoq̄ fere die tā e muris & munimētis q̄ p frequētiſſimas eruptiōes hoſtes q̄plurimi aut īterficiebāt: aut uulnerabāt. Itaq̄ factū ē ut uaſtatis oīno uenetorū mu nitionibus: quas grādi īpēſa & maxīo labor cōſtruxerāt dies pmultos oppu gnationē ītermitter cogerent. & mō alias atq̄ alias munitiōes īſtaurāt: mō lōgius ab oppido caſtra ponēt ſtationeſq̄ locare. Inter hæc quotidiana de trimēta Andreas dādulus: q̄ apud Sigiſmūdū legationē p uenetis gerebat: ad Frāciſcū rogatū mittit: ut p ſuæ reip. cōmodo iis ſibi rebus adeſſe uelit Ad trāſadduanū bellū cōficiedū cremēſeſq̄ ſubiugādos: q̄bus eū plurimū abūdāt noſſet: opus eſſe certo eqtū ac peditū numero & fabris ad cōſtruen das machinas Eiuſmodi rebus uenetū exercitū pp calamitatē apud Caraua giū acceptā maxīe carere. Frāciſcus cōtinuo et fabros quos petierat p rei ne ceſſitate idoneos ad eū trāſmiſſit et eqtes ſexcētos Māfredo ac Giberto cor rigianis ducibus: quos paulo ante ī parmēſibus cōduxerat: huiuſmodi ſup petiis exercitus uenetis: q̄ pœne erat exinanitus: īſtauratus eſt. Sub idē tēpus Ludouicus Sabbaudianoꝝ dux firmata: ut ſupra oſtēdimus cū Mediolanē ſibus ſocietate: īprouiſū repētinūq̄ Frāciſco bellū ab duabus ptibus ītulit Delectu. n. ex uniuerſo regno habito ī Lumelinæ regiōe & ī Nouariēſiū fini bus cūcta turbauit. Iohānes cōpeſius: q̄ auctoritate & gratia apud Ludouicū ipſū & ſabbaudianos plurimū ualebat: huic bello p̄poſitus magna euocato ru eqtū manu ex urbe Vercelēſi Nouariā noctu p̄ficiſcit. Diſtat hæ īter ſe ſe urbes ad decē paſſuū millia. Eo ubi puētū ē: cōtinuo milites remotis eqs ea p̄te muros maioris arcis q̄ urbiculā uulgo appellāt ſcalis appoſitis aſcen dēr adoriunt. Hunc. n. locū pluribus ante diebus q̄diligētiſſime explorarāt: tāq̄ ſilētio id p̄ nocturnas tenebras factitaſſet: ut ex īprouiſo excubitoribus ītereemptis: prius mediā ſeſe arcē occuparēt q̄ eius arcis cuſtodes ſomno exci tarent. At cū primū Guido Aſiſinus & Lucas dalmata peditū p̄fecti q̄bus eius arcis cuſtodiēdæ cura data erat: muros magnāq̄ turbiculæ p̄tē ab hoſti

bus teneri ſenſerũt illico ſũptis armis clamoreq; ſublato cũ paucis admodũ hoſtẽ inuadunt Ná plures mortis metu pterriti alii diffugerát: alii delitue rát. Horũ prío aggreſſu hoſtis: q ſe iá urbicula potitũ arbitrabaſ: paulo re primiſ: repellituրq; Quod pfecti: ubi ſunt ɔſpicati: audétius redintegratis uiribus hoſtẽ acrius premũt: atq; inſequunſ: hocque audacius faciunt: qđ q diffugerát: atq; delituerant: poſito metu ꝓdierũt in pugná. Hoſtes uero no ctis opacitate ípediti clamoribuſq; perterriti: & obliti qua murũ aſcéderát: dũ p arcé paſſim errát fundunſ ſternúturq;: ita breui mométo milites mil le & áplius q ſuſtulerát ſe in arcé: quos ipſe Cõpeſius ex oĩ ſuoꝝ nũero de legerat & animi & corporis robore pſtantes pedites noſtri uix ducenti ſolis pœne clamoribus pterritos uerterũt in fugá: aliis captis aliis ĩterẽptis: aliis uulneratis. Hoſtes ſpe urbis potiundæ deſtituti: poſteaquá agrũ ſunt depo pulati: uillis uiciſq; quotquot in itinere offenderũt: igni ferroq; uaſtatis: ui riſq; ac mulieribus p oẽm crudelitaté trucidatis: cũ nulli neq; ætati: neq; ſe xui pepercíſſent: eo tandé: unde diſceſſerát: rediere. Quæ barbaroꝝ & ĩma niũ hominiũ ſæuicia: tátũ Nouariéſibus reliqs terroré intulit: ut nõ millia p eá regioné municipia atq; caſtella uel urgente nemine Sabaudianis ſede diderint. Frácíſcus uæheméter cõmotus: qđ Ludouicus q cũ in hác diẽ paca te amiceq; uixerat: nulla laceſſitus iniuria & ne bello qdé indicto: repente adeo aduerſus ſe arma mouiſſet: & tátũ ĩcõmodi detrimẽtiue ĩtuliſſet cũ ét populi taurinéſibus finitimi: ob eos Sabbaudianoꝝ motus p freqẽtiſſimos nuncios ac lras poſtulatũ auxiliũ miſiſſent: ut eorũ ſaluti celeriter ꝓſpice ret. Chriſtophoꝝ taurellũ cũ ſexcẽtis & Angelũ labellũ cũ trecẽtis eq̃tibꝫ tráſmittit ĩ Lumelinã. Corradũ uero frem & Salernitanũ cũ equitibꝫ mil le atq; quingẽtis Nouariã cõfeſtim iubet ꝓficiſci: iis mádat: ut donec maio ribus augerenſ copiis: quas ꝓpediẽ eſſet ſubmiſſurus: ne ullã hoſtibꝫ pugnã di poteſtaté faceréť: Sua municipia atq; caſtella Tauranéſibus ꝓpinqua tue renſ: ne ab incurſionibus hoſtiũ aduerſi aliq̃d paterenſ ad Amideũ ꝓterea qui ſe: ut prædiximus: adhuc felicé Romanũq; Põtificé ſcribebat: & a ſuis appellabaſ: legatũ mittit Iohánẽ albonéſiũ ciué papiéſem: q diceret: ſe plu rimũ admirari: & ꝓmoleſte ferre: qđ eius filius Ludouicus: quo tpe amiciſ ſime cum eo uiueret & mutuis utriuſq; populi cõmertiis uterenſ: nulla in tercedente iniuriarũ cá nullo belli neq; iure neq; more ſeruato hoſtiliter ĩ ſe arma mouerit: & Nouariéſiũ papiéſiũq; fines ĩcurſatõibꝫ populatõibuſ q; uexauerit. Quod urbé Nouariam p dolos atq; inſidias capere tentauerit. Exploratiſſimũ át habere ea oĩa nõ filii Ludouici ſed eius cõſilio & opera conſtituta eſſe & ꝓpetrata. Quod aduerſus Mediolanenſes bellũ Frácíſcus ĩtuliſſet: nihil ad eũ ptinere: ſuo Frácíſcũ iure uti. Quod ſi Mediolanẽſibꝫ nouo occultoq; iunctus fœdere auxilio eẽ uoluerat honoris ſui fuiſſe: ut res ſuas nõ ita temneret: aut ſalté q; magnos principes decet: antea bellũ ĩdice ret. Se tamẽ eũ hortari: rogareq;: ut a ſuſcepto abſtĩeat bello: & copias a ma leficio & iniuriis reuocet: oĩa municipia atq; caſtella quæ iniuſte accipiſſet reſtitueret: dána quæ ĩtuliſſet: reficeret. Ita ſe cũ illo & firmá habituꝝ ami ciciá & ꝓpetuo ſeruatuꝝ. Sin bellũ q̃ pacẽ maluerit: ĩtelligat: ſe uenetorũ florentinorũq; amicorũ auxilio facile oẽm ꝓpulſatorũ iniuriá. Bellũq; ĩiu ſte illatũ p diuino iudicio cõſtanter fortiterq; ultuꝝ. Ad hæc Amideus: ut erat uerſuto callidiſſimoq; ingenio: ita reſpõdit. Se iis rebus animũ mentẽ q; adiecíſſe: quas xp̃ianæ religiõi ac romanæ eccleſiæ dignitati ꝓfuturas arbitrabaſ: oẽm patrimonii ſui diciõiſq; adminiſtationé Ludouici filii cu ræ poteſtatique ceſſiſſe. Eũ cũ pro Sabbaudianæ domus dignitate ab firma ta nuper cũ Mediolanẽſibus ſocietate diſcedere nullo pacto liceat: ré oẽm bello ꝓſecuturũ: nec ullã eé cãm: quare ea ſint reſtituẽda quæ filius diebus ſuperioribus armis cepiſſet. Ita. n. ſe a maioribus ſuis didiciſſe: ut q; ſemel Sabbaudiani prĩcipes adepti ſint nõ mõ nõ reſtituerẽt. ſed alia potius atq; alia ab iis accipere cõſueſſent: q pacem ſecũ futurá cuperẽt. Quo reſponſo Frácíſcus uæhemẽtius irritatus maioribꝫ copiis aduerſus Sabbaudianos q

bellū gerere ſtatuit. Cogitāti ât quē ex ſuis potiſſimū ductoribus ei bello p̄ ficeret: ultro ſeſe Iacobus picininus: q nōdū ex hybernis diſceſſerat: p Dominicū piſaurēſem iuriſperitū offert. inquiēs ſe iā diu uehæmēter cupere: ut aliquo egregio facinore exploratiſſimū ei reddat aīum ſuū. Quare cū ea ſit oblata occaſio: peteſ ac rogare: ut ſibi Sabbaudiani belli ſūmā cōmitteret: admonuitque ſi uellet bene ſuis rebus conſultum eſſe: ne cum Franciſco picinino fratre ullo pacto ſe conīugat. Quæ cum Franciſco non ſolum grata eſſet oratio: ſed ꝓbaret ēt plurimū: p Antoniū Guidobonū q apud Franciſcū picininū ſuo iuſſu agebat: petit ab eo: ut æquo aīo ferat: id bellū peteſ ti tātope frī demādari. picininus q iā clā ut ſuperius demōſtrauimus: de fuga cū Mediolanēſibus cōuenerat Frāciſci poſtulatis nullo mō aſſētiēdū putat: Brocardūq; ad eū ob eā cām mittit. Is. n. oīa picinini conſilia ac negotia & tenebat: & adminiſtrabat. At Frāciſcus: tāetſi picininū ꝓfidiæ ſuſpectum haberet: tamē cū aīaduerteret eū a ſuæ mētis īſtituto abduci nō poſſe ſtatuit ī eā rē nihil āplius agere: qđ illius animū offēderet: qn potius gratificari oīa: quæ illi libuiſſent: quo nulla īterceſſiſſe cā uideret: qua q̄cquā aduerſo ſe picininus poſſet expoſtulare. Cæteꝝ qđ ꝓ tp̄re tutius cōſiliū uiſū ē: Iacobū padū ī Mediolanēſes trāſire: & Frāciſcum frem ſeq; iuſſit. Præterea quo utrūq; magis ſibi cōciliaret: Druſianā filiā: uti ꝓmiſerat: Iacobo deſpōdit: Quæ cū nondū eſſet matura uiro: thoꝝ in aliud tp̄us reſeruauit: p̄ſertī cū oīa ſibi duriora uiderēt: neq; nuptiali digna iucūditate priuſquā Mediolanenſium potiretur imperio.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER. XVIII.

INter hæc Bartholomæus collio Sabbaudiano bello ab Franciſco p̄ficiſ. Is ſuis copiis ī Nouariēſem agꝝ ꝓfectus: reliquos eq̄tū p̄fectos: q Nouariæ cōſederāt: ſibi addidit: q̄bus copiis auēto exercitu: uix dum ad Siccidæ fluminis ripas puenerat: cū mūicipia caſtellaq; oīa: quæ paulo ante pauore territa ſeſe hoſti ꝺdiderāt: ſine ulla pugna ſcepit: Caſalibel trādo dūtaxat excepto. Quō ubi ꝓtinacius ī Sabbaudianoꝝ fide ꝓſiſtere uidet: expugnare adortus eſt. At Caſalenſes initio pugne territi: & ad ſanitatē reuerſi: dedūtur ipſis cū uxoribus liberiſq; īcolumibus: bōis ât p̄dæ militibus conceſſis. P̄terea Alberthus pius Carpēſis: quē Leonellus æſtēſis marchio per eoſdem ferme dies cū eq̄tibus octingētis trecētiſq; peditibus ꝓ ueteꝝ hoſpitio ac neceſſitudine ad Frāciſcū auxilio miſerat: eodē ſubmittit. cis flumē Siccidam ât poſitis caſtris Corradus ac cæteri duces colliōe excepto Vercellēſiū agros ad ipſas uſq; urbis portas quotidianis exagitabāt ac populabant. Curſōibꝫ. Collio Iacobo Antonii Marcelli iuſſu a fluminis trāſitu & ab īuadēdis Ludouici finibus abſtinebat: cū diceret Marcellus eā eſſe ueneti ſenatus mētē: ut cū Frāciſco ſtricto fœdeꝛ ꝓmiſiſſent: ad Mediolanēſiū uſq; deditionem ſeruaret. Neq; n. ullo iure obſtringebaſ: ut extra eius ꝑrii fines qđ uiuus Philippus poſſidebat cuiq; bellū īferret quaꝛ neq; Vercellēſibus neq; Tauriēſibus ullā ꝓ ſuos iniuriā īferri ꝓmittebat: uel ea maxīe rōe: qđ uenetis ſp cū Sabaudianis principibus ꝓmagna fuiſſet neceſſitudo & quādoq; ēt ſocietas. Quare nō ꝓ auxiliares uenetoꝝ copias: ſed ꝓ reliquos milites in hoſtiū fines aſſidue fiebāt īcurſatiōes. Qua difficultate p̄ſſi hoſtes relictis Nouariēnſiū finibus Vercellas ſeſe & ī p̄xīa ei urbi municipia recepere: cū īterdū tamē ī Nouariēſē agꝝ populaturi diſcurrerēt: mox unde digreſſi fuerāt: re infecta magna celeritate reuerterēt. & quoniā ſciebāt: uenetis militibus nō licere amnē Siccidā trāſire: pliādi quādoq; Sphortianis militibꝫ ptātē faciebāt: ut tamē ne horæ qdē ſpatiū ullo ī loco dimicaturi cōſiſterēt: ueriti ſtalicā tū cōſtantiā: tū calliditatē: quare nolebāt aut ſuperari uirtute aut inſi

diis circūueniri. Erat ãt eorū oīum nūerus ad ſex equitū millia: in quibus merebãt ſagitarii: ex eo genere belgaꝝ quos hac tẽpeſtate Picardos appellãt ad facinus oẽ prōptiſſimi atq; uitæ ꝑdigi. Noſtri cū trans amnẽ neq; æquo neq; iniquo loco cū hoſtibus pugnare poſſent: quoniã ii ī ꝓxīa caſtra ſp ci tato curſu ſeſe reciperẽt: cogitauerūt eos citra flumẽ allicere: idq; fieri poſ ſe exiſtimabãt: ſi diſſimulato pugnandi ſtudio negligẽtius ſeſe ītra dies ali quos ſtatōibus cōtineret. Ita. n. fieri poſſe: ut decepti hoſtes & citra & ultra flumẽ petulãtius ſe īferrent. Quibus cōſiliis ita cōſtitutis: hoſtes: ut ſūt ho mines leues: cœperūt alacrius frequẽtiuſq; nō mō trāſire amnẽ Nouariẽſẽ agrū populaturi ſed noſtros ꝓinde atq; ſecordes pugna laceſſere: neq; pua quadã manu: ut ante ſed cūctis uiribus ſe ī oculos īferre. Hæc ubi ſingulis fere diebus gerunt ab hoſtibus: euenit tãdẽ. ut dū Cōpeſius amne ſuperato aduerſus nros ire cōtẽderet: Collio atq; Corradus de illius aduẽtu ab explo ratoribꝫ facti certiores tẽpeſtiue copiis eductis ei celeriter occurrūt: ac prio res hoſtiū a frōte adoriunt: prīoq; īpetu fundũt: & ī fugã uertũt: illoſq; ala crius īſectãtes eqtes ad quadrigẽtos cepere Cōpeſio ẽt ītercepto: Reliq ſalu tẽ ſibi curſu ꝑ urbis ꝓpinqtatẽ peperere. Quibus de rebus proſperẽ geſtis ubi Frãciſcus ex Corradi lr̄is ītellexerit: q̃ primũ ad ſe cōpeſiũ adduci iubet Quo cū nō ſine magna aī īdignatōe: de Ludouico duce queſtus ẽ q ꝓter oẽ humanũ ius atq; officiũ ſibi tã inſignẽ ītuliſſet iniuriã. Deīde poſt triduũ ad Collionẽ: a quo eẽt īterceptus: remiſit cū nō uulgari cōmẽdatōe ut ī eius re dẽptōis cã: quoniã eẽt nobili loco ſe hũaniter māſueteq; gereret: clãculũq; p nũciũ addidit: nō uideri ſibi hominẽ quãtũ ex eius ſermōe atq; ꝓſẽtia aīad uerterat ea prudẽtia qua dicebat. Itaq; ſe mīme dubitare: ſi eæteri gallorũ duces ſimiles forẽt. Poſt id ꝑliũ hoſtes amiſſo duce ab amnis trāſitu deſiſte re cōſtituerunt. At nr̄i cognita hominũ uanitate lōge maiore aīo ac ſtudio Vercellẽſem agrũ uexare ex ītegro cœperūt. Quibus cū pmulti ẽt Collionis milites ſiue iuſſu ſeu eo uolũtate acceſi ꝑdãdi ſtudio mixtī īcurſabãt. Dū hæc ī Nouariẽſibus gerunt: tps educẽdoꝝ ex hybernis militũ iã aduẽtarat: & pabuli copia erat ī cãpis. Frãciſcus tũ Guidoboni: tũ alioꝝ pluriũ frequẽ tibus lr̄is ac nōnullis ẽt nũciis: q clã ueniebãt e Mediolano: de Frãciſci pici nini pfidia & cū Mediolanẽſibus conſpiratōe cognoſcit. fitq; de eius: quam parabat: fuga quotidie certior. Erãt inſup nō pauci ex ipſius eq tũ ductori bus quos eiuſmodi doli ac fraudes nō latebãt: q ſe hominẽ īterfecturos pol licebant: Frãciſcus grauiter cōmotus nō ſatis cōpertũ habebat: qd ꝺ ſilii ca pere oporteret. Nã ſi eũ trāſſugere ſineret: ītelligebat: p̄ſentibus rebus nō paꝝ detrimẽti allaturũ. Sin eũ īterfici iuberet: aut qđ factu erat facillimũ captiuũ faceret: uerebat īfamiæ notã: ne id feciſſe diceret: qđ ex factōe bra ciana & Nicolai picinī filius eſſet. & eo magis aīo angebat: qđ neq; eius pſi diã ꝑ aliquas illius lr̄as poſſet oſtẽdere aut ullis teſtibus cōfirmare: quos in ſua haberet ptãte. Hæc igr̄ cū diu ac multũ ſecũ aīo agitaſſet tandẽ potius cōſiliũ uiſũ ẽ rẽ diſſimulare: & quẽuis euentũ potius expectare: quã ulla rō ne ī picininũ aīaduertere. Itaq; Modoetiacæ obſidionis deditus curæ: quã: ut ꝓdiximus ipſius picinini hortatu: cū primũ p tp̃us liceret aggredi ꝺſtitue rat: ut ei oppido ꝓpiquior eſſet: e Moirago ad Figinũ uicũ cū exercitu mo uit. Deinde paucis poſt diebus Guilielmo cui octo cohortes erãt & alias ipſe duodecī addiderat: quas ſimul cū picininis ad res ꝺficiendas delegerat: dẽ dicit: quo die ad Modoetiã oẽs conueniãt. Hi ut erat īperatũ ſtatutũ ī locũ cū ueniſſent: Frãciſcus ut ī locãdis caſtris diſtribuendiſq; in ſingulas cohor tes ſtationibus p̄eſſet: ipſe quoq; eo contendit: qppe q nullis parcens labori bus: ſua quæque negotia & cognoſcere ſp: & diſponere ſingillati uolebat. Nec. n. quæ adminiſtrare p ſeſe conficereq; poſſet: alioꝝ curæ ꝺmitteꝝ unq̃ conſueuerat. Guilielmo ea oppidi pars obuenit. quæ citra lãbrũ ad occaſũ proſpectat picinino eadẽ illa: qua ſuperiore obſidione conſederat. Itaq; uni uerſæ copiæ in bina ſunt caſtra diſtributæ: quæ oppido ac lambro flumĩe: ut ſupra ꝺmemoraūmus: iter ſe diuidebãt. Horũ alteris. guilielmũ

Franciscus:alteris picininos pesse instituerat.Hic dū statões in eas cohortes singillatī partif:picininos aut saltē eoꝝ alteꝝ expectabat:q nō āplius mille passus ab oppido lōgius īstructa acie cōstiterāt:Nec aliqd firmādis ad oppidū castris ad Fráciscū petitū miserāt Hoꝝ ubi nō mō aduentū:sed ne ēt nunciū cunctādo diutius Fráciscus uidet:admiratus cū paucis ad picininos ire contēdit.Quo iter liberius faciēte Alberthus scottus placētinus magna prudētia uir Marcellū legatū adit:docetqꝫ nequaquā ꝓbari sibi Fráciscī ad picininos accessū.neqꝫ sani esse cōsilii ut eoꝝ se fidei atqꝫ ptāti committat. Quod si fecerit:se de eius uita plurimū dubitare.Legatus quæ acceperat ab Scotto repēte ī ipso flumīs trāsitū Fráciscō ad aurē refert:rogatqꝫ:ut ab ea se ꝓfectiõe ꝺtineat:q cū id cōsilii ꝓbasset:a piciniis iter auertit. At postea q̄ uidet Fráciscū minime ad se iturū:Piciniꝰ natu grādior ꝓtinus ad eū pgit:cæterū eo uultu:q nō obscure mentē exulceratā declararet. Erat.n.facies tota rubore pfusa:& qđ antea nunq̄ cōsueuit:sūma cū ueneratione Frā ciscū mediū cōplexus deosculaf:petitqꝫ ut ꝓximā noctē dūtaxat liceat suis militibus ubi tūc essent cōmorari:cū diceret:ꝓculdubio futurū : ut ꝓpius uniuersas copias oppido admoueret.Ea re haud difficulter īpetrata Piciniꝰ ad suos:& Fráciscus ī statões apud Figinū reuertif.Et Bartholomeo Gadio īperat:ut quæ ad oppidi oppugnationē parauerat:eo cōferri curet.Vtebaf.n.Fráciscus hōis huius opera plurimū:qđ & fidelē sibi & ad capessēda īperia ingenio alacrē & ad res cōficiēdas diligentissimū cognouisset.Præterea ut Modoetiā propius accederet:ī uicū Bollatū:q ab eo oppido abest circiter qnqꝫ passuū millia cū reliquo exercitu ad septimū Kalēdas Maias cōcedere:ibiqꝫ ad rē usq̄ cōfectā habere castra instituit.Quo ī loco ordinibus singulis:quos eo ad diē constitutū ex hybernis conuenire iusserat: stationes distribuerat.Is dies ubi affuit:erat.n.biduo post dominicā resurrectionē:Piciniꝰ cū omnibus copiis Guilielmo cæteriſqꝫ militibus insciētibus sub lucē portis patefactis:Modoetiā ingrediunf.Nā ii:ut oēm fidei pudorē negle xerāt & iusiurandū deumqꝫ cōtēpserāt: ut fraudē nouo scelef cumularēt: in reliquos ēt quos ea fuga territos arbitrabanf:cōfestī erūpere cōstituūt. Idque ī primis natu minor Iacobus īstare nō cessabat:quasi nō satis id esset facinoris:q ꝓpetrassent:nisi cumulatiõe quodā scelef illustrarēt:& quāuis ferāf frem natu maiorē idcirco effrænatæ fratris cupiditati assētire postea noluisse atqꝫ oēs eruptiões ꝓhibuisse : q malefacti cōsciētia remorderef tamē:ut plurimi sentiūt:& hi maxīe q uniuerso cōsilio non mō īterfuerāt: sed ēt ꝓfuerāt:nō ductus ille sceleris pœnitētia cā eruptionē cōpescuit:Sed qđ Guilielmū instructa acie esse conspiceret:quodqꝫ reliquos non ita: ut fē existimabat:īparatos essent offensuri:futuꝝ.n. uerbaf:si hostes aggrederef: ne tātisper eorū īpetū sustinerent:qđ a Francisco suppetiæ mitterenf:q eo die castra moturus esset:& Modoetiā propius accessurus:ne plus incōmodi sui acciperēt q̄ Sphortiāis īferrēt. Guilielmus hac piciniꝰ fuga cognita suos oēs armari & ī acie ꝺsistere sarcinas colligere:& eas ad maiora Fráciscī castra ꝓmitteī iubet.& ne sua īde discessio fugæ similis uideref: paulatim īstructo agmine ab oppido amouet.& Fráciscū uersus ire pgit.Ad quē breui cū uniuersis copiis īcolumē se recepit.At Picinini eodē die cū equitibus ad tria millia & peditibus mille distributis cunctis in ordines duos ac uigīti Mediolanū concesserunt:ubi magno ab oībus applausu & gratulatione excepti sunt. Horū aduentu Mediolanēses rati fore:ut perbreui curriculo ab eorū finibus hostes extruderenf:multa contra Franciscū acturos sese iactare minariqꝫ cœperūt: īter quos tumultus & animorū ardorē Castellatīū monasteriū propinquū urbi:ut ostendimus:qđ ꝓsidio peditū circiter centū seruabaf: postero die a Mediolanēsibus populariter expugnaf.Eo receptō murus quo ueluti propugnaculo circūdabaf:solo æquaf. At Franciscus cū oīa ad oppugnationē ī Bollato uico parata essent:iamqꝫ dies aduenisset: qui erat dictus ꝓfectioni : quæ ad Modoetiā gesta sūt:crebris rumoribꝰ accipit:sed illis quidē uariis:cū allu Guilielmū cum cæteris cohortibus:quæ

cum eo erant: fusũ fugatũ que esse nũciarent. Alii ĩcolumes esse oẽs: erãt nõ nulli: q Franciscũ picininũ duntaxat Modoetiã intrasse diceret. Ná Iacobũ ffrem eũ seq noluisse: & ita extra oppidũ ĩ armis esse. Quod ãt de Iacobo fe rebaf ea rõe nõ incredibile Frãciſco uisũ qđ paucis ante diebus nõ recte ille de ffris aĩo sentire uidebaf: idq; nõ dissimulãter enarrauerat. Quibus rumo ribus nunciisq; patis: fit cõtinno cõuersus undiq; non mediocris ad Frãcisci ptoriũ. Quid tãdẽ aut de ꝓfectõe aut de cunctatione decerneref. Ille tãet si grauiter cõmouebaf: tamẽ cũ ea ipsa hora celebrationi diuinæ hostiæ in tereſſet: non mõ pedẽ sed ne facié qdẽ aut uultũ mutare uisus: sacraméti ce lebrationisq; exitũ expectaut: cũ interea certiorẽs nũcii supueniſſent: oĩum primũ Blancá mariá uxorẽ papiá: unde proximis diebus uenerat: redire iu bet: deinde re ĩ consultationẽ acta: legato uenetisq; ductoribus & aliis com pluribus uidebaf unũ in locũ uniuersũ contrahẽdũ exercitũ: ne pluribus ĩ locis p stationes diuisis copiis aliqua exercitus pars ab Mediolanensibus ea bracianoꝝ elatis accessione detrimẽti aliqd acciperet. Sed Franciscus longe aliter sentiebat. Ná ne uideref id a se nõ consilio sed metu potius hostium factũ: & ita Mediolanẽsibus animi augerenf: & auctoritati suæ nõ parũ de traheref milites oẽs iuber ĩ suas redire stationes. At quoniá ea piciniꝝ fu ga pmultos adeo terreuerat: ut p̃ sentibus rebus diffidere uiderenf: ut bono aĩo sint: oẽs accõmodata oratiõe cohortaf. Breui. n. puisuꝝ sese: ut & pici ninos suæ pœniteret pfidie: & Mediolanẽses intelligerẽt p eorũ accessionẽ longe se esse peiore cõdicione quã antea fuissent. Cæterũ ne ĩterea offẽdanf ĩcauti sed assidue sint parati oẽs admõet: Additq; retardari paulũ posse de Mediolanẽsibus uictoriá sed minime auferri. Et longe tutius rebus suis ac facius esse: picininos manifestos habere hostes: q̃ familiares inimicos: q; po stea quã ii uenissent in ptes suas: secũq; mererẽt: secreta cũ hostibus plæpe habuissent colloquia: & quæ cũ ipsis cõmunicarat: ea illos nota hostibus fe cisse oĩa. Inter hæc laborãtibus diuturna obsidione Cremẽsibus. & in despe rationẽ ꝓpemodũ adductis: Mediolanẽses idoneũ tp̃us nacti subsidii illis fe rẽdidant picininis Caroloq; negotiũ uti q̃ maturrime Cremensiũ periculo occurrãt. Hi triduo post eá a Frãciſco fugã coacto equitũ peditũq; exercitu q̃tũ ex suis Mediolanẽsiq; populo maiorẽ cogere potuerũt: Cremã p laudẽ ses quãcelerrime proficisci contẽdũt. Melenianũ inter eũdũ oĩ militũ p̃si dio destitutũ arcemq; paucis defẽsoribus munitã facile occupãt. Id. n. oppi dũ Frãciſcus piciniꝝ fidei ante cõmiserat. Neq; post eorũ fugam ob con tinuá hymbriũ magnitudinẽ: qbꝫ itinera circũquaq; p id triduũ ĩterclude rent: ei rei potuerat prouidere. Dũ hæc gerunt Sigismũdus uenetorũq; lega tus: q Cremã: ut demõstrauimus: manu ualida oppugnabãt de piciniꝝ de fectõe deq; Mediolanẽsis exercitus motu a Frãciſco certiores facti: cõtinuo soluunt obsidionẽ: seq; ad Fontanellá recipiunt. municipiũ é ĩ Cremonẽsiũ finibus nõ lõge ab Olio situ flũmine. Ea liberatis obsidiõe Cremẽsib: Me diolanẽsiũ duces cũ accepissent Frãciſcũ mouisse: & ad Melenianũ recta cõ tẽdere: diurnis: nocturnisq; nõ rectis sed obliqs secũdũ Adduæ ripá itineri bus Mediolanũ dũ repetunt: Meltiũ propinquũ adduæ oppidũ oĩ uacuum p̃sidio ĩter proficiscendũ recipiunt cũ his et bõbardis ac reliquo apparatu q̃d expugnationẽ Modoetiæ ĩ eo oppido seruabatur. Frãciscus his rebus cognitis: non amplius cunctandũ ratus: quo Melenianũ quáprimũ recupet: exercitũ oẽm cõtraxit. Est. n. id oppidũ & ad bellũ ꝓducẽdũ & ad Mediola nensibus nocendũ aptissimũ. Eo ubi puentũ é: prĩo ipetu oppidũ capitur eaq; usus misericordia: qua semp cõsueuit. Oppidãos a militũ sæuicia ser uauit. Ná mulieres una cũ liberis in arcẽ confugerãt: quã ipsã: quoniá uali do Mediolanẽsi p̃sidio tenebatur: iis tormẽtis aggressus: quæ e papia nup ꝺuehi iusserat: nõ prius ab operẽ destitit: q̃ turres duæ solo æquatæ. ac muri q turres ĩtercederent: diruti prostratiq; sunt. & quanq̃ altitudo latitudoq; fossæ Lãbri oppletæ aqua arcẽ ab ui nostrorũ tutá admodũ reddebat: tamẽ post diẽ sextu: ex quo ea prĩo oppugnari cœpta est ĩ hãc deditionis cõ q ui

dicioné cũ arcis ꝓfectis deuentũ é. Niſi ad triduũ id auxilii Mediolanenſes tulerint: quo uel pellerent obſidétes uel abiꝛ cogerent: ꝓfectis ipſis ſociiſq; oĩbus cũ rebus ſuis incolumitate ſeruata Arx Frácíſco dedaꝛ. His rebus cõ ſtitutis: datiſq; obſidibus: Mediolanéſes de oĩ re p nunciũ ꝓfectoꝝ certiores facti: decernũt ſũmo oĩum ſtudio atq; cõſenſu de ſubſidio mittẽdo ad arcẽ conſeruandá. Itaq; Kalẽdis Maiis quo die hora uigeſima arx tradi Frácíſco debebat. Frácíſci picinini Caroliq; ductu equeſtres oés pedeſtreſq; copiæ ur be mane egrediunt inſtructa acie ĩ quédá uſq; locũ pugnaturæ progredié tes: q locus a Meleniano ſex paſſuũ millibus aberat. Quo ubi uentũ é: conſi ſtere iuſſis oĩbus: Luchinus palmerius cũ eqtibus ꝑpaucis leuis armaturæ: qd agant hoſtes exploraturus mittit. Neq; duces: niſi re de hoſtiũ motu co gnita lõgius agmina ꝓgredi pmiſere. Quod & Frá ciſcũ tátæ multitudinis ĩpetũ expectatuꝝ nõ putarẽt: & ob eá rẽ ſine Mediolanéſiũ periculo cætero rũq; labore arcẽ liberatũ iri iudicarẽt. Erat Mediolanéſiũ: q ĩ aciẽ ꝓdierãt: numerus ad trigĩta millia: in qbus erãt ex iuuẽtute Mediolanéſi: q libertatis ſtudio ultro ierãt: millia uigĩti. Deinde ex peregrinis copiis bello exercitatis equitũ ſex peditũ quatuor millia. & quoniá picininus cũ Frácíſco manũ cõſereꝛ plurimũ formidabat quo minus multitudiné bellicæ artis ignará cũ prudẽtiſſimo atq; fortiſſimo ĩperatore ac robuſtis exercitatiſq; militibus cõferret arte aſtutiaq; opus eſſe ratus: Leoné quédá luchini cõmilitoné ꝓxĩmo ueſperi ad Frácíſcũ ire iuſſerat: q: ut ei notus ac familiaris clã ſecreto q; enũciaret: poſtridie eius diei prĩa luce ſe ꝓ arcis ſalute cũ potẽtiſſima & peregrinoꝝ militũ & Mediolanéſiũ manu aduerſus eũ iter facturũ: & cũ eo oĩo congreſſurũ: moneretq; Mediolanenſiũ copias conſtare ex ſexaginta hominũ millibus: ꝑter eqtes ac pedites peregrinos. Præterea Guilielmũ cũ maiore Mediolanéſiũ magiſtratu iá ſecreto de fœdere egiſſe: hoſtéque ei ĩ ea pugna aperto marte futurũ: & cũ pugnare acies cœperint in Sphortianos arma conuerſuꝝ: id ſibi ſole clarius cõpertũ eſſe. Verũ: quia pro ſua ĩ eũ be niuolẽtia moleſte admodũ ferret: ſi qd ei calamitatis acciderit: monere eũt ut ſuæ ſalutis haberet rõnẽ. At Frácíſcus: q quorſũ hæc picininus nũciaret: pro hõis ingenio ſatis ſupq; calleret: pauca nuncio reſpõdit: ſe pro eo qđ ĩ ſe oſtẽdiſſet ſtudio: habere picinino gras. Quod át cũ tanta copiaꝝ multitudine ſua eſſet caſtra ĩuaſurus: id ſibi q̃gratiſſimũ eſſe: quoniá quo plures ſo rẽt: eo maiorẽ uictoriá cõſecuturus eſſet: maiorq; militibus ſuis diripiendi copia offerreꝛ. De Guilielmo ſatis ſe prouiſuꝝ reſpõdit. Cæterũ quo minꝰ laboret cũ tãta copiaꝝ multitudine ſe non mõ nõ expectatuꝝ: ſed ultro po tius iturũ obuiá. Verũ quoniá ꝑ ſpeculatores ea oĩa didiciſſet: quæ hoc bi duo Mediolani geſta ſũt: oém undiq; militẽ coegerat: Papiéſibuſq; delectũ ĩperarat. Poſtero uero die: ubi de Mediolanéſiũ motu intellexit: ea re lætior prĩa luce oés in armis eſſe ĩ aciq; cõſiſtere: & qua hoſtes ueturos arbitrabatur: ꝓruptũ iter ad tria millia paſſuũ & áplius ſterni inſtaurariq; iubet: ĩterrĩ rumor uagaꝛ: & aſſidue magis magiſq; ĩcrebreſcit: ita eſſe Mediolanenſẽ aciẽ inſtructa: ut ſinguli ſingula gererent ſclopeta: genus ſane tormentorũ terribile admodũ atq; exitiale: foreque Mediolanéſes ipſos: q primi pugnã inirẽt: ad millia ſexaginta: quæ quidẽ uox adeo creuit: ut oĩum fere militũ aĩos ingẽti terrore proſtrauerit. Quod ubi aĩaduertit Franciſcus ueritus ne eiuſmodi opĩo mali q̃q; afferret: ducẽtos ex oĩ eqtũ nũero delegit: q tũ magno rei militaris uſu tũ æque aĩ uirtute atq; uiribus corporis in prĩs excelleret. His duas ĩ turmas diſtributis Guilielmũ ꝑeſſe uoluit: quẽ: ut reliq ordines ſubſequerent: iuſſit. utque is ĩ aduenientes hoſtes ĩpetũ faciat: & nullo dato repugnádi ſpatio eos urgeat: ĩ ſecteturq; mádat. Erat: ubi hoſtiũ aduentũ expectare ſtatuerat: cápeſtris quædá planicies ꝓ ſitu loci ſatis ampla eqtatuiq; nro æqua ſane atque pcõmoda & nrorũ qdẽ equitũ nũerus ad millia circiter decẽ. peditũ uero ad tria millia. Ná euocati pp anguſtiá tẽporis fuerẽ circiter Noningẽti. húc ĩ locũ uniuerſã ꝓlii ſummá traheꝛ cõſtituit. edocetq; neq; pilularius cõſiſtẽdi ſpatii dent ad ſclopeta ĩ eo ꝓlio ĩſtruẽda

Præterea capere neminē: ſed oēs potius q frōtē oſtēderint tā diu ferro exci
pere: donec uertant in fugā. Hūc deniq ordinem ſeruatū iri ſonitu tubaꝝ
edicit: ea pœna addita: ut q ſecus fecerit: ſecuri pcutiat. Idq ꝓpterea factū
ē: qđ pilularios cōplendi torméti puluere eiuſq accedēdi facultate adépta
inutiles oīno ac uelut inertes pecudes fore iudicabat: p ſertī qđ eos oēs igna
uos reiq bellicæ īperitos eoſdēq inermes eē cognoſceret. Quibus prioribꝰ
fugatis pfligatiſq haud uerebat: quī reliq cōtinuo terga daret: & pro ſe q ſ
q fuga ſaluté peteret. His rebꝰ ita cōſtitutis: & pſidio caſtris relicto ad duo
paſſuū millia progredī. Deinde exercitū agmine lōgo cōſiſtere: ac neminē
ſuo ex ordine excedere. Guilielmoq: ubi hoſtes noſtris appropíquauerint:
iuſſa facere īperat. Ipſe regreſſus ſingulos equitū ac peditū ordines quos ꝓ
pinqores quā par eſſet: uideret: ita æquo īter ſe ſpatio īſtruit: ut īpedimen
to ſibi eē nō poſſint. Præterea ad timorē pellendū rēque ītrepide gerendā:
cū tráſſugis bracianis quos ſæpe magna ſua cū gloria uiciſſent: manus ꝰ ſer
turos eſſe: eoſdēq nūc cū uulgo molli ignauoq pugnaturos commemorat.
His atq aliis adhortatōibus cōfirmatis militū ais oēs uno atq eodē ore no
mē Sphortianū lætis uocibus conclamātes ſeſe aut morituros eo die aut ui
ctores illū ī ducale Mediolanēſiū ſoliū poſituros affirmare nō deſinūt. Cū
uero ad nouiſſimū ordinē q ab caſtroꝝ munitionibus paululū aberat: pue
niſſet: magná hoſtiū manū trans lábrū: q ad dexterá relinquebat iter facē:
qua illis facilior pateret ī arcē aditus: ī uulgus efferē. Quá qdē ré facilé fac
tu fore arbitratus: ei pſidio cui Sáctoſeuerinates pfecerat: numeꝝ opportūe
celeriterq auxit. Nam illos ad eá parté reliquerat arcis cuſtidiédæ cā. Hæc
poſteaquá Frácíſco pro téporis anguſtia ſatis ex ſua uolūtate ꝓuiſa ſunt: ad
priores ordines cōfeſtī reuertit: ubi cū multa ac uaria de Mediolanēſiū ad
uētu rumor afferret: mille circiter paſſus cū paucis ꝓgreſſus aduerſus ho
ſtes ita ex captiuis qbuſdā cōperiebat: tribꝰ adhuc paſſuū millibus illos ab
eo diſtare: q locus ad Sáctū Iulianū dicit. Quod ubi principio cōſtiterát ho
ſtiū duces ex eo loco lōgius ꝓgredi mīme auderēt. Hæc du Frácíſcus de ho
ſtibus cognoſcit: captiuis mādat picinino enuncient: ſe quēadmodū pridie
eius nūcio pdixerat: tribus paſſuū millibus cū exercitu ei obuiá ueniſſe: ſeq
ubi cōſtiterat horas ét duas & ipſū & uniuerſá Mediolanēſiū multitudinē:
quantacūq tandē ea foret: plibēter pſtolaturū. At Marcellus legatus & īgē
ti aīo & ſūma prudētia uir: q eo die a mane ad meridié uſq: quacūq Frácíſ
cus ierat: nuſq deſeruiſſet: & quicqd egerat: memoriæ mādaſſet: ipſo abſen
te ita locutus é. Nō poſſe ſatis admirari eius uiri incredibilē ſapientiá inau
ditá aī magn itudinē ſingularē ī moderādo īſtruēdoq exercitu peritiá īcō
parabilē ī deliberādo īgenii acrimoniá maximá ī cōficiēdo celeritaté: & ad
hæc ſummū quoddá & admirabile ī eū militū ſtudiū atq obſeruátiá. Ita
que ab eo uſq tpe duo cū aīo uolutare uiſus é: Vnū qdē ſi hoc tā amplum
opulētūq Mediolanēſe īperiū Venetis tá finitimū ī unius Frácíſci Sphortiæ
bellicoſiſſimi & īgētis ſpiritus uiri poteſtaté deueniret: Id ueneto
picioſū fore & pnicioſū in prīs. Quod eo cōparato: mīme illū quieturum
minimeq ab eo depreſſiōe téperatuꝝ putaret. Alterū uero illud erat: q
nō abſurde cogitabat: ſi Mediolanēſes in ſua pmanerēt libertate: futurū tā
dē aliquādo: ut eos ueneti ſibi ſubmitterēt. Quibus ſubmiſſis reliquis quo
que totius lōgobardiæ urbibꝰ potirenē ac facile deīde futurū: ut uniuerſæ
īperarēt Italiæ. Itaq hæc & alia huiuſmodi cū priuatī ad familiares & ami
cos ſuos Venetias frequéter ſcriberet: paulo poſt eadē ſenatui pſuadē p lit
teras ac nūcios nitit: eūq monere: ut publico ꝓſpiceret cōmō. At Picininus
& Karolus ubi p exploratores: quæ a Frácíſco gerebant: cognoſcūt: non me
diocri timore pculſi ne a noſtris circūuenirent: de reditu in urbē inter ſeſe
ageē cœperūt. Quod ne metu feciſſe uiderent: ſuos ante pſtitutū tempus
arcem Meleniani hoſtibus tradidiſſe ſimulandū atq promulgádū eſſe cōſti
tuerūt. Itaq tuis qbuſdā exploratoribus: qui eade ipſa hora ab Sphortiano
exercitu redierāt: quæ ſint palā renūciaturi: oſtēdūt: fruſtra eo die q iiii

Mediolanẽses in aciẽ prodiisse: cũ Arci cui auxiliũ ferr̃ conarent̃: custodibꝫ ipsis ꝑmittẽtibus nocte supiore hostes ꝑsidiũ ĩposuissẽt. Quã rẽ duces ipsi molestissime ferr̃ simulãtes: arcis ꝑfectos uæhemẽter accusabãt. Quod si eã ad ꝑscriptã diei horã seruassent: & illos oĩ obsidione liberassent: & hostes: si essent expectare ausi: fudissent fugassentq; re credita ignarã multitudinẽ copiasq; oẽs ĩ urbẽ reduxere. Quod Frãciscus ubi resciui: reuertit̃ in castra: & arcẽ: ut ante cõuenerat: recepit: ac in iisdẽ castris aliquot ẽt dies manẽdũ existimauit: qđ Mediolanẽses aĩaduerteret ulla sua neq; mãsuetudine neq; ui sed fãe ĩ ediaq; potius uinci oportere. Qua rõe ductus segetes quæ ĩ agris adhuc essent ĩmaturæ: ita succidẽdas eẽ cẽsebat: ut nihil ex his frugũ ꝑcipi posset. Huic ãt succisioni segetũ ꝑ ea loca ubi exercitus sedert̃ pabulatores satisfacturos arbitrabat̃. Sed quoniã Mediolanẽses circa urbẽ ipsã amplissimos possident feracissimosq; agros: sola eqtatus pabulatõe succisio integra fieri nõ poterat: iccirco magnũ succisoꝝ numeꝝ ex Nouariẽsibus atq; papiensibꝫ accerser̃ decreuerat. Quod celeriter fecisset: nisi ĩopĩata Viglebiẽsiũ defectõ de qua paulo post dicemus: cõsilia eius ĩterturbasset: Inter hæc cũ Vercellensiũ Nouariẽsiũq; finibus nr̃i cũ Sabbaudianis uti demõstratũ ẽ: cõtinẽter bellũ gererẽt: Sabbaudiani Burgimanerii oppidi potiũdi spe ducti: copiis oĩbus prĩa luce ꝑ montis radices ab nr̃is quã lõgius possunt eo ꝓficisci contẽdũt. Ita. n. qbusdã cũ oppidanis egerant: cũ primũ ad oppidũ aduẽtassẽt: idq; expugnar̃ simulassẽt: ut oĩ mora sublata oppidũ eoꝝ traderẽt potestati: Hi cũ ad locũ puenissent deq; nostroꝝ militũ aduẽtu aduersus sese ꝑ exploratores didicissent: statĩ re oopidanoꝝ dimissa ĩ eos se cõuertũt. Corradus enĩ & Collio eodẽ ẽt diẽ assũpto eqtatus peditatusq; delectu mũicipiũ quoddã noĩe Carpinianũ recuperaturi exierãt. Quod qdẽ municipiũ cũ nõ lõge a Burgo manerio sitũ esset: de ea hostiũ ꝓfectione certiores facti ꝓpius accedere. seq; ꝑlio cõmittere ob paucitatẽ & si nõ audebãt: tamẽ qa ĩtelligebãt: ubi minus id facerẽt actũ eẽ de oppido: qđ eius rei: ut Sabbaudianis magno usui: ita rebus Sphortianis ob oppidi opportunitatẽ & ĩcõmodo foret & detrimẽto maxĩo: statuũt oĩno ꝑlii tẽtare fortunã. Quare ubi utriq; exercitus ĩter ꝓficiscẽdũ mutuo sese cõspexerũt: Corradus atq; Collio ad pugnã in aciẽ sese ĩstruunt. Hostes citato cursu ꝯfertissime simul ac ferociter ferunt̃ in nr̃os. Qui ẽt ipsi ĩtrepide aĩoq; ingenti eos excipiũt. Atrox cõmittit̃ ꝑliũ: hostes quotquot ex nostris ĩtercepissẽt: cõfestim galea detracta immani galloꝝ more crudeliter iugulãt. In eo munero fuerũt ex Collionianis eqtũ ꝑfectis Henericuszambra. Ex Iacomatiãis eqtibus Cristophorus salernitanus: uiri & aĩ & corporis robore ꝑstantes. Hoc ĩpetu facto unũ ĩ locũ Sabbaudiani celeriter coeũtes ĩ urbẽ sese cõstituũt: ac ĩter se alter alteri terga uertẽtes faciẽ nostris ostẽdũt. At eoꝝ sagitarii equis amotis hisq; ad ꝓxima religatis arbusta ante eqtes dispositi: stipites præacutos cõfertĩ defigũt ĩterram Qui qdẽ stipites funibus inter se deuincti ueluti sepe ac rapagula efficiebant qbus iusis instar ualli circũsepti atq; muniti arcus exercebãt: & creberrime sagittas in nr̃os coniiciebãt. Erat ubi pugnar̃ cœptũ ẽ planicies satis magna: & utriusq; copiis ad dimicãdũ equestri ꝑlio aptissima. Sabbaudiani per hunc modũ sese cõtinentes loco minime discedebãt: sed qd nostri acturi eẽnt: circunspicere uidebant̃: Cãm uero q; hostes ĩ orbẽ se colligissẽt hãc fuisse: postea cognitum est ex iis ducibus qui fuerunt intercepti. Silua erat post nostroꝝ terga & ingẽs & densa: ob q̃ quidem rem inter eos orta est suspicio: quod admirarentur paucitatem nostrorum militum & eã quidẽ sine uexillis ullis. Nr̃i. n. & copiaꝝ ꝑtem & signa militaria in stationibus reliquerãt. Quar̃ Italicã illi ĩ bello calliditatẽ ac rei militaris ꝑitiam plurimũ metuẽtes magnũ ea in silua cũ uexillis militum numeꝝ ĩ insidiis locatum suspicabant̃. & ne si nostros insequerẽtur sine ordine effusi patefactis deinde insidiis circũuenirẽt̃: optimum factũ existimabant: si ab infectatiõe nostroꝝ sese continerent. At nostri primo hostium congressu ꝑturbatis disiectusq; ordinibus duas in partes diuisi sunt. Alii timor̃ ꝑculsi atque exani

mati uel nullis insequentibus hostibus fugæ turpissimæ ita sese dedere: ut nõ prius destiterint: q̃ Nouariá ꝑuenerũt nr̃osq; pulsos oés atq; superatos ciuitati renũciarũt. Corradus collio atq; Salernitanus cũ ĩ tanto ꝑiculo positam ré uiderét: qd cõsilii capiũdũ foret: nõ satis ob tp̃ris angustiá ꝑturbationéq; aĩorũ poterát decernere. Cũ. n. inopinato ĩ ꝑliũ deuenire cogerent̃ cũ hostibus lõge maiore numero uelut q plures essent qngentis eqtibus supra tria millia. nr̃i uero ad sũmũ nõ plures duobus millibus peditibusque sexcentis: Nõ poterát eá ré nõ ægre & ꝑmoleste ferre. Querebat̃ ꝑter cæteros miꝝ in modũ Collio: qđ diceret Corradi hortatu se eũ in locũ adductũ unde sine ĩminétissimo suo cæteroꝝq; discrimine se eripere nullo pacto posset. Idq; ob eá ré accidebat: qđ nõ ĩmemor superioris pugnæ: quæ apud Boscũ cũ francis cõmissa est: id teterimũ ꝑlii genus inusitatũq; apud Italos nõ poterat nõ admodũ ꝑhorrescere. Deniq; re inter nr̃os cõsultata pro tp̃e diligentius: quo maiore ĩteriecto conatu facilius ac tutius hostiũ ĩpetus sustinerét: oés equestres copias duos oĩno in ordiues partiũt̃. & q̃uis si cũ exercitus ĩcolumitate excedere ꝑlio possent id pro reꝝ ꝑsentiũ necessitate optimum fore oés iudicarét: tamen ad eá ré cõficiendá cũ ĩter se ipsi duces ac milites longe dissentirent: diutius q̃ casus exposcebat cõsultatio ducebatur Ná alii Salernitanusq; ꝑcipue nõ absq; manifesta oĩum calamitate atq; insigni ductoꝝ ignominia id fieri posse asserebát: præsertim cũ ꝑspicere uiderent̃ quanta formidine tenerét̃ hostes. Itaq; ré ꝓpria uirtute definire oportere: & cõi oĩum saluti dignitatiq; consulere. Alii uero Collioq; in primis fortuná nõ esse tentandá argumẽtabant̃: sed cõsilio saniore cõi oĩum incolumitati ꝓspiciendũ: illudq; sibi factu optimũ uideri: cũ iá dies occideret: noctis interuẽtu se ab hostibus sine ꝑiculo dirimerét. Dũ in hac duces disceptatione tp̃s terũt: ecce mille circiter hostiũ eqtes ab reliquis disiũgunt̃. & alterá nr̃oꝝ cohorté: cui Salernitanus ꝑerat: cõfertissima acie aggrediũtur. quos nr̃i eqtes ad pugná parati siue pudore seu metu ducti secũdũ hunc q̃ prioré illũ hostiũ ĩpetũ audentius ac fortius excipiétes sustinuerunt: eosq; cõfestim fractis utrinq; hastis ad suos reiecerũt. Salernitanus hoc altero facto ĩpetu: táquá maiore quodá animi ardore incensus: hæc uoce clara locutus é: Non esse amplius cõsultatione opus sed pugna hac uiribus uti oportere. Quibus dictis suos q̃sq; hortari: ut cũ hoste aĩo constanti congrediát̃. & ĩ oés: quos ceperint: ea utant̃ lege: qua ipsi primi in nr̃os usi fuerũt. Ad hæc ét admonere: neqs terga daret: qđ siqs fecerit: illũ in hostium numero habendũ esse. Addere ꝑterea si in eo ꝑlio moriendũ foret: ad eos maxĩe ꝑtinere: ut & pro Italorũ militũ honore pro rei militaris Frácisciq; principis dignitate: proq; sua ipsorũ laude ne inulti oés occũberent. Hæc ubi dicta sunt prĩo a peditibus nr̃is iussu ducũ equi ii oés: quos arbustis sagittarios reuinxisse diximus: celeriter abducũt̃. deinde ab eqtibus magno ĩpetu a duabus partibus: ĩ quas distributos ostédimus: ĩ hostes aduolátibus strenue ꝑliũ acerimeq; cõserit̃: simulq; cõtinuo terribilis qdá tubarũ sonitus atq; uirorum altus clamor exorit̃: hostes cõtra fortiter resistentes neqcq̃ cedere neq; ex agmine orbeq; discedere. Itaq; nr̃i illorũ timore animaduerso: magis atque magis redintegratis uiribus & hastis iterũ ĩnitendo fractis: comminus eos gladiis urgere faciem iugulũq;: qua minus armis transalpinorũ more tegebát̃: ferire ac interimere: pedites hinc atq; illinc equos uirosq; hastis lõgioribus ꝑcutere transfodere atq; occidere nõ prius destiterũt q̃ ꝑ hũc modũ ré ĩpigre cõstáterq; gerétes: pluribus ex hostibus interemptis aliis ex orbe uiuis abstractis suꝑatos uictosque oés tádé fuderũt: & ĩ fugá turpissimá cõiecerũt: fugiétiũ maior ꝑs ab nr̃is eqtibus ĩtercepta: quorũ in numero lacobus celádus: & lacobus cognométo abornates eqtũ ꝑfecti extitere: Gaspar aũt uerasinus: q post Cõpensii captiuitaté ĩperii sũmá in exercitu obtĩebat & ii simul q a cæde & a nostrorũ captiuitate superfuerát noctis beneficio adiuti & locorũ trans Siccidam flumé propinquitate citatis eqs uix tandé euaserunt. Occisorum tam nostrorum quá hostium numerus magnus fuit:

ſed longe maior hoſtiũ. Poſtridie eius diei Romanianum ac reliqua municipia: quæ hoſtes ī Nouarienſibus obtinebãt: ī nr̃os poteſtatẽ ultro redierũt. De qua qdẽ victoria cũ illico Corradi lr̃is Frãciſcus certior factus eſſet: & ſi eiuſmodi núcio nõ mediocri iucũditate affici debebat eo p̃ſertim tp̃re quo uidebaſ eius res paulo habere deteriꝰ: tamẽ ut erat aĩo ĩgenti & moderato neq; ſe extulit gaudio neq; læticiæ modũ: ut ſolẽt plæriq; ulla ex pte excedere uiſus é. Itaq; diluciꝺe in ſe ipſo oſtẽdit: qđ aſſiduo ſermone dicere cõ ſueuit. Neq; ſecũdis rebus nimiã capiẽdã eſſe læticiã: nec ægritudinẽ in aduerſis utrũq; enĩ & mulierũ eſſe & pueroꝝ in utraq; fortuna aut efferri aĩo aut frãgi. Solũ cũ de hac nouiſſima Nouariẽſi pugna ſermo haberet: ait: ſe multo plus & auctoritatis & cõmodi ex hoſtiũ fuga ac pœne internitione q̃ ex recẽti piciniꝝ fuga detrimẽti aut incõmodi accepiſſe. Poſt hæc oẽs hoſtiũ duces: q ex eo p̃lio ſeruati captiq; fuerãt: data reliquis captiuis ad ſuos libera redeũdi facultate: iuſſit ad ſe adduci: ac p̃ter eorũ opinionẽ humaniter excepit. atq; poſt biduũ fide p̃ſtita necubi poſthac ſibi bellũ ĩferrent: ad ſuos reuerti p̃miſit: quo factũ é: ut ex eo die neq; Sabbaudiani neq; Tauriné ſes nr̃os fines infeſtare ſint auſi. His rebus geſtis: Viglebiẽſes ueteré Medio lanenſiũ amiciciã ſtudiũq; ſecuti retento Frãciſci p̃ſide ad eos deſciuerunt moxq; milites circiter mille ex omni Mediolanẽſiũ bracianoꝝq; robore delectos tãto & tã cõi aĩoꝝ ardore ĩ oppidũ receperũt: ut nemo pœne fuerit q nõ ex his aliqué pœnes ſe haberet: ſuoq; ſumptu alere cõtẽderet. Colles Arditioſq; deinde ĩſignes eo oppido familias eorũq; clientes ex factione gebellina quos & haberẽt ſuſpectos & eã rebellionẽ ægre ferentes aĩaduerterent Mediolanũ relegauerũt: graui in dicta pœna: ni eo q̃primũ trãſiſſent. Hi edicto audiẽtes cũ eſſent a nr̃is ĩ itinere ĩtercepti: ſtatim Frãciſci iuſſu in libertatẽ ſunt reſtituti. Viglebiũ é in agro papiẽſi oppidũ nõ longe poſitũ a flumine Ticino: qđ cætera oĩa lumellinæ oppida atq; municipia tũ munitione tũ populi multitudine antecellit. eſtq; oĩum in ea regione & auctoritate & opibus primũ. Hi Mediolanẽſiũ aucti frætiq; p̃ſidio: cõfeſtim de ĩprouiſo finitimoꝝ agros depopulari: ædificia incendere ac omnẽ deniq; Lumellinæ agrũ die noctuq; adeo pturbare exagitareq; cœperũt: ut maximũ papiẽſibus q eã regionẽ incolerẽt: & Nouariẽſibus q̃ eoꝝ fines attĩgerẽt: terrorẽ iniicerent: maximũq; tridui fere ſpatio detrimẽtũ inferrẽt. Gambalotũ uero municipiũ illis finitimũ maximeq; inuiſum p̃ter arcẽ in quã municipes confugerãt: milite nullo defendẽte expugnarũt: atq; incẽdio cõcremarũt. Quæ cũ Frãciſcus tũ crebris multoꝝ lr̃is tũ núciis didiciſſet: ac oẽs fere ptiũ earum populi ad eũ ſingillatim ac frequẽter poſtulatũ auxiliũ miſiſſent: quo longe lateq; uagãtes hoſtes ac rebelles nõ reprimi modo: ſed opprimi & atque deleri poſſent. Quãuis p id tp̃ris inuitus e Mediolanẽſiũ finibus diſcederet Ticinũq; trancereꝰ: tamẽ intellecta piculi magnitudine pmotus: cũ uniuerſo mouere decreuit exercitu aduerſus Viglebiẽſes: eo cõſilio: ut iis uel uolũtate redactis ĩ ſuã põtatẽ uel ui expugnatis: ĩ Mediolanẽſes q̃celerius poſſet ad frumẽta: ut cõſtituerat: ſuccidenda reuerteret. Itaq; ĩ oĩbus oppidis atq; municipiis quæ ĩ Mediolanenſibus obtinebat: & armis ſeruari poſſe uidebantur: p̃ſidio ĩpoſito: caſtra a Meleniano: ut ĩſtituerat. mouit: & ad Ticini uſq; ripã celeriter cõtẽdit. dat Marco leoni & Bartholomæo Cremonẽſi negotiũ põtis nauibus illis ſternẽdi: quas eo e papia paulo ante ſubuehi iuſſerat. Quẽ qdem põtem tãta celeritate atq; diligentia confici mandauerat: ut ĩtra triduũ exercitus uniuerſus ĩ Viglebienſes traduci poſſet. Quod ſane opus ex ſnĩa pfectũ foret: niſi q̃ dum ea cõquirunt atq; paraŕ ſingula: quæ p̃ter naues ad cõſtruendũ põtẽ erãt neceſſaria tã ex hymbri cõtinuo repente exorto q̃ ex ſolutis alpiũ niuibus tãto aquæ cumulo tãtaque illuuione flumẽ excreuit: ut quoniã ad octingentos circiter paſſus ĩ latitudinẽ alueo exiſſet: naues non ſatis eſſent ad pficiendum pontem neque ad ſupplementum aliæ ſine multo temporis interuallo comparari poterant. Quapropter mutato conſilio locum nactus: uni minus pateret flumen: qui nõ longe abeſt

proficiſci iubet:& qđ fieri uelit:oſtendit.Interī renunciatū ē hoſtes:q iā to to exercitu ad pontem conuenerant:flumen tranſire cœpiſſe ſimulq; eodē tpe:q ſub mōte erant:magnis clamoribus in uallē deſcēdere aſpiciebantur. Franciſcus eqtes atq; pedites delegit.qbus tantūmō curæ laboriq; foret:ita hoſtes e monte ueniētes reprimere:ut non mō ī plāicie cōſiſtere: ſed ne pe dē firmare aut fines attingere poſſent.Deīde partē eqtatus aduerſus eos: q flumē trāſierāt:īmiſit.Aīaduertebat.n.aperte hoſtibus eē in aīo iis ſeſe:qui mōtē tenebāt:adiūgere:& inter planiciē mōtiſq; radices iter facere:atq; hoc mō auxilia:quæ e Mediolano expectabāt:ſibi adiſciſcere.hoſtes q ponte trā ſierant:cū noſtroꝝ īpetū diu ferre nō poſſent:terga uertere coguntur:atq; p cipites ī foſſas arcis flumēq; repelluntur:qbus arx magno fuit adiumēto. Nā pmulti in nſroꝝ manibus remāſiſſent:ni e muro tæloꝝ multitudine frequē tibuſq; bōbardarū ictibus defenſi fuiſſent:qđ ꝑpter aditus anguſtiā cuncti unū in locū ita ſe cōtulerant:atq; glomerauerāt:ut alter alteri īpedimento eſſet.Qui uero e mōte deſcenderāt:itidē repulſi:ac unde digreſſi fuerant:re dire coacti ſunt.Roberthus imperata faciens:longo circuitu arduoq; tandē aſcēſu monte ſuperat parteq; iugi pœne ſero repugnātibus hoſtibus ui po tit.Quo ſucceſſu eos q reliquā dorſi partē tenebāt laſceſſere urgereq; cœpit Hi ubi uidēt ī mōtis planicie equitū furori reſiſti nō poſſe:ī culmē mōtis qđ ē reliqs partibus eminētius:curſu ſe recipiūt:quo ī loco:ut docuimus: ſitū eſt Agnetis tēplū:ubi pro tēpoꝝ ſatis ſe munierāt:hos noſtri ad muros inſequētes loci iniqtate expugnatōi īſiſtere nō poſſūt:qđ tū haſtis cōminus tū eminus lapidibus atq; iaculis de ſupioꝝ loca a tāto peditū numero cōiec tis adeo conficiebant:ut neceſſario pedē referre & paulo longius abire coge rent.Pugnatū ē in hūc modū horas circiter duas:ſed defeſſis oībus. Rober thus occiſis ex ſuis qbuſdā:ac magna militū equoꝝq; parte multis uulneri bus confecta ꝑliū diremit:atq; inſequētibus nullis ad multā noctē in caſtra reuertit. Poſtero die itidē & ad pontē & ad mōtis radices hoſtibus ad Me diolanenſes trāſire conātibus noſtriſne tranſeāt ꝓhibētibus pugna crebro cōſerta eſt.Ex quo plures iam noctes atq; dies utriq; exercitus magno cū in cōmodo eo ꝑſeuerī tpe ī armis ſp & in acie fuerūt.Interea multis ad Franciſ cū nūciis pferē Iacobū picininū totis Mediolanēſiū copiis magnoq; inſup pilulariorꝝ nūero ſibi addito Modoetia exiſſe:quo paucis ante diebus acceſ ſerat:& briantinorū iā fines attigiſſe eo cōſilio:ut poſtridie ante lucē hoſti bus qui ī monte erāt:ſe adiungeret ab ea pte: quæ ad occidētē uergit: & a chalco lōgius abeſt.Ducebat picininus eqtes ad quattuor millia. pedites to tidē.Facto crepuſculo igniū ſignificatione: quæ de illius aduētu renūciata fuerāt:confirmant:qđ iā monte ueteré q a tergo qnq; paſſuū millia a chal co diſtat:Roggerius gallus cū peditatus pte occupauerat:multoſq; ignes ad oſtentationē excitauerat.Picininus cū equitatu ac reliquo peditatu in uico q Caſale dicit:reficiēdi pauliſper exercitus cā reſtiterat.Frāciſcus cōuocato cōſeſtī concilio:quæ itellexerat:oſtēdit:ꝓponitq; non eſſe expectandū:ut tā tæ ſimul copiæ cōiungant:neq; ut dies ueniat ſupſedēdum:uintimilianus ante alios cenſet cū pte exercitus p noctis ſilentia eē aduerſus picininū cele riter eundū:ſeq; ducē cū regionis itinera non ignoret:& īperatorē atq; mi litē cū certiſſimā exinde uictoriā reportaſ nō dubitet:pollicet: & Frāciſco cū reliquo exercitu iiſdē locis ubi caſtra eſſent:cōſiſtendū:ut ſi hoſtes trāſi re conarēt: eos trāſitu prohiberet.Hāc cū nō multo ſermone ſentētiā cæte ri cōprobaſſent:Frāciſcus nō pte ſed toto exercitu in picininum cōtenden dum:& magnū ī hoſtes impetū faciēdū cenſet. Quo facto ex rebus duabus alterā futurā:aut ſe hoſtes profligaturū ſi expectādi decertādiq; fortunā ſi bi elegerint:aut ita fugatuꝝ: ut ne ad multos qdē dies tāto numero unū ī locū colligi poſſent.Qua re cōfecta:maiore auctoritate maioreq; militū aīo atq; uiribus eodē redire: & hoſtes ſi flumē interim trāſiſſent adoriri poſſe demonſtrat qđ ſi duas ī partes exercitus diuideret:non ita tuto tā ꝑpings hoſtibus quēadmodū uintimilianus cōſuluerat:fieri poſſe exiſtimabat ſ

Propterea qđ utrāq; & ad inuadēdū picininū:& ad reſiſtendū iis:q in mōte
& trans flumē eſſent:pp copiaꝝ paucitatē lōge uiribus imparē iudicabat:at
q; ex eo nō mō fortunas ſuas oēs:ſed oēm oīum ſalutē ſummū in diſcrimē
duci ītelligebat. Hæc cū ꝓpoſuiſſet:mutato cōſilio eius ſnīam nō ſolū uin
timilianus multa oratōe confirmauit:ſed oēs:q aderāt:optimā omniū iudi
carūt. De tertia igī noctis hora īſtructo exercitu:collocatis mediā inter aciē
īpedimētis:ac relictis uti ſuperioribus noctibus fieri conſueuerat:quaque ī
ſtatōe ignibus accēſis:ne ipſi hoſtibus q ī utriſq; mōtibus erant: diſceſſiſſe
uiderēt in hoſtē magno ſilētio celeriter ire contēdit. & quoniā ignes a pe
deſtribus copiis paſſim ob īgentē uī frigoris accendebant: iuſſit accēſos ſta
tī extīgui:& nullū deintegro fieri:ne ignibus ab mōtibus ꝓſpectis. quoꝝ al
ter ad dexterā ab Matheo:alter ad læuā ab Roggerio occupati relīquebant
picininus de eius aduētu qcquā ꝓſentiret. Cū āt totā feř nocte iter feciſſet:
& aurora iam aparere cœpiſſet:& nō longius paſſibus trecētis a picinino ab
eſſet:captis ad ſeq; ꝓductis excubiis:hoſtes celeri curſu īuadit:magno ſubla
to clamoř ædificiis incēſis multis captis: caſtra diripiūť Quo ī plio Frācīſ
cus prīos inter pugnātes bis ab ſuis derelictus ē. Faciebāt.n.nocturnæ tene
bræ: ut equites noſtri ſubſiſtētibus ac repugnātibus ītērdū hoſtibus terga
uerterēt:q cū ab eo noīatī fere oēs appellarenť grauiterq; increparenť: pu
doř adducti ī hoſtes uæhemētioř aīo redibāt. At picininus: q in poſtremo
caſtroꝝ loco oēm ſuū eqtatū locauerat:ueritus id:qđ accidit:exorto tumul
tu nulla mora ſeſe ſuoſq; fugæ mādauit:& citato curſu Modoetiā refugit.
Noſtri.capto diſſipatoq; peditatu ac eqtatu:q ſub diui Ambroſii uexillo ꝑ
Mediolanēſibus mereř dicebanť bratiāos ad ipſum uſq; oppidū ꝑſecuti ex
iis multos ītercēperunt Reuerſo multo iā die ab fugientiū īſecutōe eqtatu
Frācīſcus ut ꝓſtituerat:unde diſceſſerat regrediēs:apud ueterē mōtē caſtra
facit:quē mōtē:ut ſupra oſtēdimus:pridie eius diei Roggerius occupauerat
ſeque calamitate ac fuga ſuorū cognita cū mille circiter peditibus ad Ma
thæū receperat. Dum hæc gerunť: Sigiſmūdus metu ꝓfugiſſe Frācīſcū exi
ſtimās:mane exercitū ī briantinos traducit:& ī chalco mōte caſtra firmari
iubet. Nam priuſq; lōgius ꝓgrederēť:picininū ſibi adiūgeř uolebat. Turrī
deinde quandā adortus q; Iohānes chalcus Mediolanēſis in Franciſci fide te
nebat:expugnare innitiť. At ubi profligatū fugatūq; picininū & Frācīſcū ī
ſe uictoř exercitu redeūtē ītellexit:nō tam acerbo doloř cōcuſſus: q maxīo
rīore ꝑculſus:cōtinuo īcēſis ædificiis copias trans flumē reuerti:& Matheū
Roggeriūq; monte ſeruař mādauit. Interim cōplures ex Adduana Nauari
penſi:canali:& Iſahacha familia:quæ oēs ī briantinis primariæ ſūt & Frācīſ
ci ob egregiā eoꝝ fidē obſeruātiſſimi habebāť:ad eū ueniūt rogatū auxiliū
qđ adeo ab hoſtibus de mōte deſcēdentibus non tā diurno tpe q nocturno
uexabanť:ut niſi ocius ſubleuēť: depopulatis agris nihil ſibi foret reliqui.
Accedebat ad id ēt qđ alterū in addua pōtē multis iūctis nauiculis ad Olgi
natū uicū magna celeritate cōfecerāt. Quař maioř hoſtiū numero pluribo
ex locis p̄mi atq; exagitari in reliquos dies expectabāt:quorū adductus oro
ne Frācīſcus ꝓtinus Sāctofeuerinates mūicipibus ſubſidio mittit:barrhūq;
monte:q altiſſimus ripēſibus īpēdet:eodē tpre firmo peditū p̄ſidio munit
In proxīo āt die:quo beatorū Innocentiū ſolēnitas agebať:chalcū regrediť:
& ne frigoribus ī reliquū tēpus exercitus labefactareť: ī proximos uicos co
pias diſtribuit. Deinde cogitāti aſſidue qbus uiribus qbuſue artibus hoſtes
e mōte depelleř poſſit:occurrit:unā eē omnino uiam: qua īpræſentia id q;
tātopere expectabat aſſeq poterat. hoſtiū in mōte conſidētiū milliū circiter
quattuor erat numerus. hi eo ſolo cōmeatu nutriebanť: q a Sigiſmūdo ex
die ī diē ſubminiſtrabať:& iumētis ſūma cū difficultate īportabatur: & tā
to hominū numero uix ſuppetebat. ex quo ſi triduo ītercluderēť: mōtem
neceſſario deſerturos intelligebat. Itaq; uiſū ē in prīs arcē quā uulgo Ayro
nis appellant expugnandā:hanc.n.hoſtes defendētibus nullis cum ad mon
tis radicē & ab Addua nō lōge poſita ſit: eadē nocte cœperant:quas aperto

deinde itinere monté occupauerát: eáque ualido p̃sidio diligétissime serua
bát: huc loci monté ab ea pte petétibus necesse erat puenire: iis p̃sertí: q ab
Olginato & Bripio ueniebát. Ad hác exercitus parté Frácíscus expugnandá
mittit: & cũ a mane sũmo ad meridié usq; in hostiũ cõspectu fortiter ac ob
stinate oppugnassent: tádé expugnarũt: defensoribusq; captis oĩbus magnũ
fossoꝝ numeꝝ: q eo muniédæ arcis cá paulo ante uenerát: abduxerũt. Ea ar
ce recepta: p̃sidioq; ĩposito: hostes aditu intercludunt: ac oĩ ex pte cõmeatu
q ĩ monte sũt: ꝓhibétur. Qui ubi se quæ habebát: cybaria deficere uidét: &
ab suis minus submitti posse intelligũt: desperata re: monté deserere cõsti
tuũt. Roggeriũ: ut uenetos adeat legatos multis pollicitationibus Mathæus
hortat. Sed alio ille usus cõsilio: noctu cũ iis oĩbus quos e Mediolano secũ
duxerat: ad Franciscũ transfugit. Mathæus insperatá Roggeri fugá ægre fe
rés mõte destituto ꝑ Olginati ponté: q a Frácisci statõibus qnq; áplius pas
suũ millibus aberat: ad uenetoꝝ castra regredit: pontéq; ne ĩ hostiũ manus
deueniat: mox rescindi iubet: Horũ fuga cũ ad Calédas Ianuarias cõtigisset.
totus exercitus ĩmenso gaudio atq; læticia replet: ꝓpterea qđ quáto grauio
re dolore mõtis amissio oés affecerat: táto maioré oĩbus illius recupatio uo
luptaté attulerat. Videbat. n. oĩbus eo mõte recepto pulsis trás flumé hosti
bus fugatoq; uno fere tpe picinino: iá uictoriá: q̃ superioribus diebus prope
desperauerát: deesse nõ posse. Frácíscus Roggeriũ non tá uerbis quá re hua
niter suscipit: Ná & pecunia donauit: & ĩ reliquũ tp̃s militiæ stipédio eius
fide ac uirtute digno adiũxit. Mediolanéses p̃terea quos ad qngétos núero
Roggerius ipse circa se famellicos habebat: largiter pascédos: & singulos au
reo nũmo singulo donandos mádauit. Mediolanũq; uti sine ulla iniuria re
deát ꝑmisit. Nec minus cũ reliqs egit: q in ea pugna intercepti adhuc penes
milites redemptionis cá ĩ uinculis retinebant: Id hac potissimũ egit de cá:
ut nõ ab se despici Mediolanéses: uti ab nõnullis in uulgus dissæminabat:
sed unice diligi uiderét. Quod nõ secus q̃ putarat euenit. Ná posteaq̃ popu
lares ĩ urbé reuerterũt: multa de Frácisci clæmétia: de másuetudine de libe
ralitate: deq; p̃cipuo ĩ Mediolanésem populũ studio atq; gr̃a certatĩ p̃dicar̃
cœperũt. & q̃uis grauiter a p̃sidibus ciuitatis increparent: ꝑterrerentq;: ta
mé nõ destituerũt: qn eius laudes ubiq; ꝑ urbé referrét: & extollerét. Postri
die cõplures Briátinoꝝ primos ad eũ ueniũt gratulatũ simulq; ꝓ eius com
mõ fortunas liberosq; suos ac sese ei pollicent: ne át hostibus cõtinenter in
uallé irrumpétibus exercitus quotidiano labor̃ defatigaret: neue diurna ac
pœne frequéti ad arma cõclamatõe milites ad se armados negligétiores &
ad occurrendũ: ubi opus esset: tardiores ĩ dies efficerent: cõclamabat. n. non
tandiu q̃ nocte crebrius ad arma statuit Frácíscus hostibus citra arcé ꝓgre
diendi ꝑtáté ꝑ hũc modũ adimere. Collis ab ea arce passibus quadringentis
abest: & a chalco mõte mille amplius ad flumé usq; cõtinet: tumulos qnq;
terrenos habés pari fere inter sese spatio distátes. In his singulis singula ces
pitibus ac fascibus castella ædificat. Interiacétia uero spatia aggere fossaq;
percludit Eo oper̃ ꝑfecto ꝙ ad dié octauũ posteaq̃ fieri cœptũ é: nõ sine ma
gna difficultate atq; contétõe ꝑfecerat. Ná ei magna erat operarioꝝ ĩopia:
& hostibus nostros opere ꝓhiber̃ conátibus atrocia quotidie p̃lia cõmittebã
tur: castellis peditũ delectorũ p̃sidia ĩponit. Reliquæ át munitõni armatos
eqtũ ordines ad nocturnas uigilias agédas attribuit: q ĩpetũ hostiũ: si ui trá
sire conarentur: sustinerent. In his át pugnis multi utrinq; ceciderũt: plures
uero aut pilulis aut sagittis uulnerati sunt: ĩter quos Roberho & si nõ lœta
liter: grauiter tamen brachiũ sagitta transfixũ est. Post hæc hostes non mõ
pugnandi ꝑtátem non faciebant: sed ne paulũ quidem p̃ter arcem prodire
audebant. Ex quo ubi nostri cõminus certar̃ nequeũt: hostes ad ulteriorẽ flu
minis ripá aliquando in acie consistentes pilularũ tormentorũq; ictibꝰ ita
cedere cœperũt: ut ꝑpauci eregione iuxta flumé simul esse auderet: quo tpe
accidit: quod cũ Sigismundus ducesq; exercitus armati ĩ concilio nõ longe
ab pontis ingressu de rebus bellicis agerent: Iacobus gotholanus: qui

ſuperiore æſtate apud Franciſcũ in exercitu fuerat: pilula ferrea ænea colubrina emiſſa traiecto ſtatĩ equo exanimus cõcidit. Hæc cũ ita p dies plures agerent: hoſtes pro Fráciſci ſnĩa deſtinebant. Mediolani frumenti penuria maiore ĩ modũ ĩ dies creſcebat. Quod cũ lohánes Melcius: & Petrus ozinus Mediolanẽſes legati aĩaduerterẽt: qđ quottidie lr̃is núciiſq; ab Mediolanẽſibus edocebãtur admonebantq; uti auxilia celeriter mitterent: frumẽtũ ĩportaret: Sigiſmundũ uenetoſq; legatos orare obteſtariq; nõ deſinunt: quo Mediolanẽſiũ rebus in ſũmo diſcrimine maturius conſulãt: & qa eo q; cœpiſſent iter facere ꝓhibẽtibus hoſtibus nihil ꝓficeꝛ poſſe uidebãt: aliud Mediolanẽſibus ferendi auxilii conſiliũ capiendũ: aliá belli gerẽdi rõnẽ habẽ dapponũt. Iccirco conuocato concilio quærit Sigiſmũdus ad ea quæ legati Mediolanẽſes poſtulabãt: cuiuſq; ſnĩam. Collio bergomẽſis patria multas nõ tã in bergomẽſibus q̃ in finitimis ciuitatibus cognatões clientelaſq; habẽs mõtanaſq; regiones ꝓbe callens: ꝓponit p loca ſuperiora iter faciendũ: & lario lacu ſuperato in briantinoꝝ fines traiiciendũ. Id nõ multo labore urbe Como in Mediolanẽſiũ fide ꝓſiſtente fieri poſſe oſtendit. Idq; negotii ſibi dare ſũmopere expetit. Eius conſiliũ a cunctis probat. huic proinde pedeſtris exercitus cũ puo eqtatu tradit. Is acceptis copiis p Sácti martini ualle pque lucenſiũ fines die tertio in uallẽ ſaxiná puenit: quæ loca in ueneto rũ erant ptãte. Deinde in ulteriorẽ larii ripá deſcendit: moxque Mandellũ. Bellanũ & cætera caſtella: quæ circa lacũ ſunt: dedẽtibus ſeſe incolis nullo negotio occupat. lohannẽ nuciũ Comi reſidentẽ: & claſſẽ quæ ibidẽ fuerat ĩſtructa ſibi adiungit. Picinino ꝑterea: ut Comũ proficiſcat ꝓſuadet. Franciſcus iis cognitis lohannẽ frem cũ turmis qnq; peditatuſq; pte in citeriorẽ lacus ripá mittit: Bellaſii montis dorſũ: qđ eaꝝ partiũ pro arce habet: turmaꝝ duarũ ꝓſidio munit: qbus Ruffaldus præficit. Interea ſeptẽ ex picinini equitũ ꝓfectis q ex primoribus erant: ad franciſcũ ſecreto núcios mittũt q non mõ ſe ei atq; ſuos dedituros pollicerent: ſed reliquos ẽt picinini eq̃tes: ubi facultas affuerit: inuaſuros: & ad internicionẽ oẽs diſſipaturos affirmarẽt. Huius rei cõficiendæ Luchinũ palmeriũ. Conticinũ carpẽſem. & Gerardũ tertiũ conſpiratõis eius prĩcipes curá ſuſcepiſſe. Idque fieri poſſe oſtẽdunt eo die: quo ipſi cũ cæteris braciánis copiis e modoetia Comũ proficiſcerent: quo nõ multis ante diebus Picininus a collione accerſitus cũ paucis acceſſerat. De die ãt: de itinere: deque auxilio: q; ab eo mitti oporteret: ſe illũ certiorẽ facturos dicũt. Hæc cũ Franciſcus intellexiſſet ſe ꝓfectorũ & populatis integre ſatiſfacturũ: & auxiliũ miſſurũ nunciis reſpondit. Nec multis poſt diebus de media fere nocte fit a ꝓfectis certior: ſe picinini iuſſu oĩbus copiis die poſtero Comũ profecturos: & q̃is Luchinus abeſſet: quẽ pp ſuſpicionẽ ad ſe picininus euocauerat: rẽ nihilo ſecius: ut erat ante decreta conficere ſibi eſſe in animo: rogare: ut octo ſolũmõ turmas mitteret: quæ medio in itinere in occulto diſpoſitæ: ubi opus ſit facto ꝓſto adſint. Franciſcus ſtatĩ Salernitano: cui iá res oĩs eſſet nota: qd fieri uelit oſtendit: ſimulq; uintimilianũ: qui Cáturii conſidebat: edocet: ubi opus eẽt: Salernitano ſubſidio ſit. Salernitanus ad conſtitutũ locũ puenit: & cũ deinde acie inſtructa Picinini equitatũ Comũ uerſus ire properantẽ intueretur cõtinuo ad Conticinũ Gerardinúq; mittit: hi ſeu qđ facti pœnituiſſet: ſeu quod ob Luchini abſentiá ad rẽ aggrediendá defeciſſent aĩo nunciũ cõpræhendũt. Quid ille rettulerat: ſe ignorare dicunt: & licet laqueo ſuſpendẽdũ pronúciabãt: reuĩ ctũ tamen ducendũ iubẽt. Salernitanus interĩ Franciſci ĩperio in acie milites magno ſilẽtio cõtinebat: & qd acturus eſſet a ꝓfectis certior fieri expectabat. Veꝝ ubi hoſtes certo agmĩe iter maturaſ: neq; de negotio ſibi quicq̃ renunciari uidet: oẽm rei conficiendæ ſpem amittit: & cũ multo eſſet nũero hoſtibus iferior: in caſtra redire ſtatuit. At Roberthus urſinus iuuenis aĩo & corpore acer: & manu promptus ꝓliandi occaſione allectus: non potuit ſe continere: quin paucis cũ equitibus nouiſſimũ hoſtiũ agmẽ laceſſere & paulatim creſcẽtibus noſtris cõſertas iter acies manus conſerere inciperet. eius

impetu hostes mirũ in modũ pturbant:nec repugnãt:sed celeriter ire con tendũt.Quod cũ reliq Sphortiani uiderẽt:data pugnãdi ptãte magno ĩ eos clamore ſublato aduolant ĩpetũq; a latere dextero faciunt.Idẽq; a fronte uĩ timilianus facit.Quo ĩpetu hostes fundunt:magnusq; eoꝝ numerus capit Reliq Comũ fugere cœperunt:quorũ ẽt magna ps cũ nr̃i eos cupidius inſe querent:ĩtercepta eſt.At cũ ꝓpe parta ac explorata uictoria eſſet:fortũa cõ trario euẽtu mutatur.Noſtri ab iis quos iã ceperãt:capiuntur.Id ea accidit de cã:qđ Salernitanus cũ pp noſtroꝝ paucitatẽ:tũ ẽt ꝓpter repentinã hoſti um fugã nullũ certũ ſibi p̃ſidiũ fecerat:neq; ſi uoluiſſet:in ſua erat ptãte: cũ oẽs prædæ cupiditate ducti iniuſſu eius ĩ hoſtes ꝓuolaſſent. & dũ alii p̃ da onuſti manẽt:& quid de ſpoliis captiuiſq; ſibi agendũ ſit:deliberant:dũ alii Canturiũ:& in proxĩa municipia diuertũt:dũque alii nõ eo contẽti qđ adepti eſſent:amiſſis habænis fugiẽtes inſectãtur.duæ hoſtiũ cohortes:quæ ĩpedimẽtis fuerãt p̃ſidio deſtinatæ a tergo ſupuenerũt noſtroſq; palãtes at que ĩpeditos ita adortæ ſũt:ut ab eqtibus iiſdẽ:q equis gladiiſq; ereptis pe des adhuc thorace armati fide:ut moris ẽt:inter equites de captiuitate data retinebãtur:equos ſiue ſuos ſiue alienos extẽplo cõſcendẽtibus cõpræhẽde rent:& uictores a uictis captiuis armis equiſq; exuerẽtur.Nã plures erãt uic ti q̃ uictores.multo maior erat captiuorũ quã poſſidentiũ nũerus .decẽ ad ſũmũ erant noſtrorũ ordines:bracianoꝝ uero duo & uiginti: ex quo uinti milianus deſperatis oĩo rebus Canturiũ cũ paucis ſe recepit.Salernitanus ĩ ꝓpinquiora municipia confugit.Picininus qui:ut demonſtrauimus: Comi erat:ubi a fugiẽtibus ſuis ea:quæ acciderãt:cognoſcit: cõtinuo occurrens: quot ex noſtris ĩ itinere aut ſuos inſequẽtibus:aut cũ p̃da redeuntibus offe runt:intercipit.Comũq; pduci iubet.Hac uictoria elati Mediolanẽſes uni uerſa quæ ĩ Mediolanẽſibus municipia atq; oppida Frãciſcus obtinebat:lit teris nunciiſq; ut ĩ fidem redeant multis pollicitatõibus ſollicitãt miniſq; terrẽt propterea qđ Frãciſcũ eo detrimẽto accepto & a bello diſceſſurũ exi ſtimabãt:& uenetos propediẽ Adduã trãſituros nõ dubitabant:quorũ auxi lio mox tot erumnis calamitatibuſq; ſubleuari liberariq; poſſe arbitraban tur.Sed ubi ab incolis minus exaudiri uidẽt:maioré in modũ uenetoꝝ auxi lia ĩplorare celeré exercitus aduẽtũ dies noctesq; orare inſtãt ĩminẽtiſſimũ quoq; ciuitatis periculũ multis argumẽtis uenetoꝝ ducibus demonſtrare . Quæ res ex multis ĩterceptis quotidie l̃ris facile intelligebat.At Franciſcus nõ ĩ incõmodo territus loco minime diſcedit.Quin acrius ĩ bello perſiſtẽs ſummã adhibet curã:ne bracianis ſe Collio adiungat:neue frumẽtũ Medio lanũ ĩportet: cuius rei ĩopia durius Mediolanẽſem populũ laborãt ĩtellige bat.Quibus ex rebus lohãné frem:qué ut oſtendimus ad larii ripã: quæ ad briãtinos ſpectat cũ p̃ſidio miſerat:ut trãſitu Collionẽ prohibeat : & regio nẽ in fide cõtineat:quã Incinẽſem plebẽ appellant:admonet.Præterea ĩ Bel laſii mõtis dorſo:q; triũ cohortiũ p̃ſidio munierat:maius peditũ p̃ſidium ponit.In ſũmo Barrhi montis Franciſcũ theanẽſem uirum forte cũ pediti bus ducentis locat.Is.n.mons lõge cæteros regionis eius mõtes & altitudine & munitiõe excellit.Dũ ãt loca hæc ſtatiõeſq; militũ circũſpiciẽdi ꝓuiden diq; cã petit:Nã oĩa eius negotia nõ tã militaria quã domeſtica obire :ipſe uolebat:hoſtes cognita ab caſtris impatoris abſentia : cũ quicq; ĩ munitio nes conarẽt:ſine piculo efficere poſſe exiſtimarẽt:oppugnãt toto exercitu caſtella cõſtituũt.Mane igit̃ ſummo munitiões circũquaq; adoriunt ſcaliſ q; adactis oĩum tælorꝝ genere expugnare contẽdũt.Forte nocte eodẽ utroq; exercitu ignoráte Frãciſcus ĩ caſtra redierat : q cũ primum hoſtes inuaſiſſe munitiones ĩtellexit:milites ſeſe celeriter ſubſequi iubet:ipſe laborantibꝫ ſu is occurrit:nec prius in itinere reſtitit:quã ſe in medios hoſtes prolapſũ co gnouit.Iamq; ex quiq; caſtellis duobus expugnatis atq; exuſtis reliqua hoſtes circũdederãt: neq; ſe ãplius oĩbus ex partibus oppreſſi defenſores tueri poſ ſe fumi ſignificatione oſtẽdebãt.Quod cũ ĩtueret Frãciſcus clara magnaq; uoce ĩclamauit:ne timerẽt:ſeq; defẽderẽt.ego adſum ĩquit:quæ qdẽ ſ ui

uox ita hostes deterruit: ut q̄ aggerū uerticē attigerant: pinnasq̄ & pluteos euertere innitebant: sese extēplo in fossā deiicerēt. Quāta uero Franciscus ī ter milites Italos nō tā sua quā aliēa & hostiū signa sequētes auctoritate ua leret ex hoc facile pspici posset: qđ ut primū hostes ītēr quos incaute dilap sus erat: quia suos iā ad munitiones ꝓgressos putabat: p̄sentia agnouerūt: proiectis armis nudo capite & salutarunt: & q̄sq̄ maxīe poterat: reuerenter eius dexterā apprehēderūt. In hūc.n. hominē manus iniicere: quē militiæ patrē & decus appellabāt: nefas putabāt: qđ neq̄ priscis: neq̄ nostris tp̄ibus cuiq̄ duci arbitror cōtigisse. Interī Sphortiani milites magno cōcursu aduē tas cœperūt. Quod ubi aīaduertit Sigismūdus Franciscī p̄sentiā atq̄ īpetū ueritus: confestī suos oīs trans flumē reuerti iubet. Prælio tamē cū nouissi mis cōmittit: ex q̄bus multi ītercepti multi pilulis grauiter uulnerati sūt. Hæc cū ita obiisset Fráciscus: & satis ubiq̄ pro rerū p̄sentiū periculo, puisū existimaret: p̄ter spem accidit: ut oīa incolæ pfidia: q Assum incolunt: ubi Iohannes cōsedebat: pturbaret: ad collionem.n. cū secreto defecissent: illū classe Comēsi sumpta lacū traducūt: & Iohannē īopinantē noctu adoriūt. Is cognita īcolæ rebellione nōnullis ex suis: q ī frōtibus erāt cōprehēsis: ī castra fuga celeriter se recepit. Quibus rebus cognitis Fráciscus Carolū sta tim maioribus uiribus ad uicū quēdā: quē hærbā appellāt: pficisci iubet. q hostes ne in planiciē descēdant: neue briantinorū agros populent: phiberet Carolus iussa facit: Collionē reprimit. Municipes hostiū rapinis atq̄ uexa tōibus liberat. Ruffaldus tamē q inter rebelles relinquebat undiq̄ circūses sus atq̄ fame pressus: nō multos post dies dedētibus sese militibus capitur: suisq̄ ac socioꝝ bonis oībus spoliat. Per eosdē quoq̄ dies Comes ursus ex nobili ursina familia: quē Fráciscus ob eius singularē corporis uirtutē non uulgariter diligebat: cū īperatoris sui res ī sūmo discrimīe uersari uideret suæ suorūq̄ maiorū dignitatis oblitus tráffugit ad hostes: a uenetis cū q̄bo antea ut postea cognitū é clā cōspirarat: honorifice exceptus. Quippe q nō satis putauit ad pfidiā suos solū secū milites ducer: nisi ét mala malis accu mulans seduxisset: secūq̄ egisset multis pollicitationibus præmiisq̄ ꝓpositis maiorē eoꝝ militū partē: q̄bus a Fráciscō p̄fectis fuerat: Qua re nemo fu it: q dicere dubitaret: egisse ursū & īgrate & pfide: cū sine ullo legitimo iur eo maxīe tp̄re suū deseruisset īperatorē: de cuius nō mō fortūis sed de ipa ét uita certabat: p̄sertī cū magnis eét ab eo beneficiis honoribusq̄ ornatus erat. n. ursus Dulcii gener sub quo haud multa cōditiōe merebat: sed eo ui ta functo: factus é ab Fráciscō ex unius ordinis p̄fecto ducentorū equitū du ctor: p̄fectusq̄ é ét iis militibus oīb⁹: quoꝝ ductor ante Dulcius extiterat. Cū ea igr̄ esset utriq̄ exercitui rerū condicio: ut alter transire flumē nō au deret & in briantinos Collio irrūpere tieret. alter ex eo loco ubi esset: discē dēdum sibi non putaret: iam septimum & uigesimū Ianuarius diē exegerat Interim pabulatio: & cybaria circūquaq̄ nostros deficere cœperant. propte rea q tantus equitum numerus ī montana p̄sertim regione quicqd pabuli fuerat. ad duodecī usq̄ pāsuū millia consūpserat. & cū inopia cōmeatuum posteaq̄ eo uenisset. Fráciscus longis itineribus atq̄ prohibentibus hostibus assidue quasi laborasset & uīo rapa & castanea se atq̄ exercitū aluisset: qua rū rerū eo anni tp̄re magna per ea loca fuerat copia. quicqd ad hnomium usū superat: uix tārē hominū multitudini ad triduū sufficeī repiebat. his anxius curis Franciscus dies atq̄ noctes cogitabat. quo consilio & in bello aduersus Mediolanēses perseuerare. & oī illos auxilio intercludere. & urbē prope iam fame cōfectā in potestatē redigeī posset. At cum cætera oia quæ ad rē præsentem tam necessariā consilia offerebantur uana uiderent. illud occurrit: esse rursus tētādum. siqua ratiōe siqua arte Modoetia potiri pos sit quod si effectum iri contingeret. omnia se prouoluntate cōsecuturū nō dubitabat. Dat igitur negotium Marco ex gente marliana. qui sub Carolo merebat: ut cum præfectis de arcis traditiōe præmiis propositis ageret. Nā cum ex eadem illi essent familia nati eorum necessitudine cum propinqui

tate cõiuncta familiarissime utebat: & Iohãni ité Landriano: de quo supra diximus: uiro sane forti & ingenio pspicaci: ut de capiendo furtim oppido diligẽter specularetur: missi imperata faciũt. referũt pfectos uelle data Mediolanẽsibus fidé seruare: oppidũ uero p opacitaté & silentia noctis capi: id q̃ p eũ locũ: q̃ penes Iambrũ flumen é: & p id tpris pœne incustoditus relinquebatur: ubi altũ descensum manu factũ flumen habet: & fragoré attollit ingenté: facile fieri posse Iohánes ostendit: ac suo ét sine periculo rẽ oculis pspexisse: qđ nullo sentiente oppidũ esset ingressus: & pinde nõ dubitare: se multos in oppidũ introducturũ: turresq̃ duas & oppidũ subsequẽte exercitu capturũ multis argumentis affirmauit. Frãciscо ea re pspecta: qa præsertim cõmeatuũ & pabuli indigẽtia ex briantinoꝝ finibus demigrari cõpellebat hanc nacto occasionẽ: modus oppidi capiẽdi placuit: præsertĩ cũ nec a tĩore nec a necessitate nata pfectio uideretur. Ad eá ré cõficiendá Carolus & uintimilianus diligũtur: qbꝫ ad se Frãciscus accersitis: q̃ cũ suis copiis: ut ostẽdimus: ab exercitu aberãt: qd sui sit cõsilii: & qd fieri uelit: ostẽdit: duobus dũcibus pter eorũ copias ualidũ equitatũ ac peditatũ ex oĩ exercitu delectũ Iohánẽq̃ ipsũ & duces q̃ iter nouerãt attribuit. Ipse aũt ut cõstituerat: exacta iã nocte media: ut illis: ubi opor teat: subsidio sit: cũ reliquo exercitu Modoetiã uersus magno silẽtio ire cõtẽdit. Dũ in itinere ab ducibus de iis: quæ ad Modoetiã egerint: certior fieri expectat: dies iã eluxit: q̃ erat ad Calẽdas februarias: & interim ad uicũmercatũ nõ longius ab Modoetia qnq̃ passuũ millibus puenit: interĩm cõcitato equo Caroli núcius refert: quãtos ea nocte Carolus labores ptulerit: q̃tũue dolorẽ cœperit: qđ eius ĩperata minus facere potuisset: nõ facile explicare posse: qđ nõ sua culpa: sed eoꝝ potissimũ quos sibi duces dederat. accidisset. docetq̃ de sec ũda noctis hora: ut erat cõstitutũ: Carolũ atq̃ uintimilianũ mouisse. Verũ ex itinere eos: q̃ ad mõstrãdum iter uenerãt seu ignorãtia qđ nõ scirent: p certo pmisissent: seu dolo eoꝝ ex oculis euanuisse. & q̃is totã nocté iuissent: tamen ppter tenebras & cõtinuũ hymbrem: & eos q̃ ab euntiũ ordine errore uiarũ excesserãt: multis passuũ millibus pactis sole iã exorto ad Caratũ uicũ: q̃ millia passuũ septẽ a Modoetia distat: Illos tandé pueniss affirmat. Quibus auditis Franciscus & si grauiter pturbatus: excusationẽ nõ æquo accipiebat aĩo: tamen eodem loco: ubi esset: Carolũ cõsidere: uintimillianũ uero Canturiũ reuerti: & bono utrunq̃ esse aĩo iubet: ea spe potiũdi oppidi derelictus: q̃q̃ nõ mediocriter angebatur: oĩsq̃ exercitus nõ tã rebus publicis q̃ sua salute diffidere uidebatur: qđ hostes post terga relictos cõtinuo affuturos oẽs existimarent: tamen & uultu hilari prodit: & aĩo infracto singulos equitũ ordines adit: primores quos uirtute ac fide pstare nouerat: nominatim appellat. oĩumq̃ animos confirmat: timorisq̃ opinionẽ leuare atq̃ tollere cõnat: & quẽadmodũ incolumes semp: uictoresq̃ sæpe p oẽm Italiã hactenus pduxisset: ita deinceps futurũ sperare eos uolebat: adeo ut non solũ cõmuni oĩum saluti, sed rebus ét psentibus ab se oportune consultũ iri iudicarẽt. Mox cũ ab ordinibus paululũ secessisset: ptinus ad se primo duces ductoresq̃ exercitus. cũ qbus de rebus bellicis cõmunicare solebat: deinde cũctos ordinũ præfectos equo atq̃ sub armis ĩ conciliũ aduocat. & quo pacto spes Modoetiæ potiũ dæ fefellisset: eos intelligere primũ ĩquit. Deinde ppont Sigismũdũ picinino adiũcto non longius sedicĩ passuũ millibus potẽtissimo exercitu abergo esse: a quo & a Mediolanensi populo: & a Modoetia a fronte facile uno tpre lacessi pmiq̃ possent: hortari singulos atq̃ rogare: ut qđ sibi cõsiliũ ĩ præsentia capiẽdũ sit: cogitarẽt aĩo paulisp. ac sentẽtiã deide dicerẽt. Horũ primi erant Roberthus Sãctoseuerinas. Christophorus taurellus. Salernitanus. Sacramor pmẽsis. Frãciscus & frẽs Sãcto seuerinates. & Paulus qdã romanus q̃ uermianus ẽrat copiis. Hi cũ multa ĩ utrãq̃ ptẽ disseruissent. & in unam eandemq̃ sentẽtiã conueniissent. reliqui paucis cõmemoratis eorũ dicta confirmant. Esse ubi constiterant. minime cõmorãdum. neque ob eas quas diximus: difficultates. obque recentem hostiũ in briantinos aduentum

unde discesserãt:remigrãdũ: ꝓterea qđ pro cõperto haberi poterat :hostes eoꝝ discessu cognito Adduã q̃primũ aut trãsisse aut trãsituros:&coactis co piis oĩbus:quas breui tp̃ris ĩteruallo facile ĩ unũ locũ cogeꝛ possent:magnũ exercitũ habituros Ex quo iudicabãt cũ nõ sine certissimo maximoꝙ periculo inter urbẽ Mediolanũ tãtũꝙ exercitũ castra facere possent:nec in Mediolanensiũ quoꝙ finibus diutius cõsistere copias in ꝑtes duas diuidẽdas. ac earũ alterã papiã:alterã Laudẽ dimittendas:urbesꝙ sũmo studio sũmisque uiribus ĩ fide cõtinẽdas.Vnde rursus ita acriter bellũ Mediolanẽsibus inferri:& illoꝝ agri cõtinẽter deuastari possent:ut eos ad pacis cõditiones accipiẽdas:si nõ quas Frãciscus ipse uellet:saltẽ honestas ĩduci aut cogi posse desperãdũ nõ esset.Videbat.n.plæriſꝙ ueneroꝝ exercitũ ob frumenti & pabuli penuriã nõ multos dies in Mediolanensibus posse ꝑmanere qđ neꝙ ab uenetis neꝙ aliunde tanta frumenti copia suppeteret: quã fame Mediolanẽsis populus eximeret:exercitusꝙ uno tp̃re aleret. At Frãciscus &si sibi ea quæ cæteri ꝑbauerãt:nõ ab ratione discedere uidebãt:qđ si ab hostibꝫ urgeret:id se cõsilii seq oportere aĩaduertebat:tamẽ longe se alio esse cõsilio ostendit.Ná cũ ꝑpemodũ inuitus e Mediolanẽsibus discederet:lõgioris q̃ põt moræ causas adducere nitit:atꝙ sic inquit:neꝙ esse ex eo loco nocte ꝓxima neꝙ postero die neꝙ ẽt prius abeundũ:q̃ de hostiũ motu atꝙ itinere cognosceret.Turpissimũ.n.putabat:nisi in extremo discrimine id consilii capere:qđ cæteri suasissent:neꝙ oĩno ꝑsens bellũ iã prope speratũ ad exitum tot laboribus piculisꝙ ꝓductũ esse ita repente:ut censuerãt: deserẽdũ neꝙ ĩtermittẽdũ.hostes sex & decẽ passuũ millia ab eo loco abeẽ:si iter ĩ se deflexerint:facultatẽ habere aut ĩ eos educẽdi:aut ad eas:quascõmemorauerant:urbes ꝓficiscendi.Fateri se insup:hostes hoĩnũ numero nõ militũ uirtute supiores:Quod aũt Iacobus picininus.qđ Bartholomæus collio. qđ Sigismũdus:cui belli sũmã ueneti tradiderũt:& rei militaris peritia & animi uirtute ualeãt satis cognouisse.Propterea uideri sibi nõ ex rumore aut opinione in eo casu:sed ex hostiũ rationibus motibusꝙ esse capiẽda cõsilia:cũ ex illoꝝ actionibus:qđ se facere oportuerit:satis doceret. Quæ cũ dixisset: iussit oẽs p uicũ ꝓximasꝙ uillas stationes facere.Dein qua uenerat:nuncios plures mittit:q̃ post suũ a Chalco discessum qđ hostes egerint: qdue acturi sint:speculent:excubent celeriterꝙ renũciẽt.Præterea:ne uti rumor p exercitũ regionẽꝙ uagari cœperat:fugisse uideret:sumpto cibo armatoꝙ exercitu cõtinuo Modoetiã ire pgit: oppidũ exiguo militũ numero oppugnare simulat.Ná cũ muro fossaꝙ duplici circũdaret: & firmo defensoꝝ p̃sidio munire:irritã & detrimentosam fore oppugnationẽ ĩtelligebat. Itaꝙ ostentatione oppugnãdi facta:receptui cani:atꝙ in castra redire oẽs iussit.Ab nũciis fit frequẽter certior:hostes eo die castra nõ mouisse.Idẽꝙ postridie eius diei feciſſe.Sed factis ĩ briantinos excursionibus:mũicipia quædã iuxta Aduã sita eo biduo oppugnasse:& ꝑter Imbersagũ ꝑ deditionem obtinuisse. Pontem ad Olginatũ rursus faciẽdũ curare:ubi paucis ante diebus ædificauerãt:postea:ut ostẽdimus:cõfregerãt:quo tridui spatio pfecto p̃sidioꝙ imposito:copiisꝙ ĩ briantinos traductis Sigismundus in Galbiato uico nõ lõge ab eo ponte cõsedisse:picininũ & collionẽ sibi statim adiunxisse: barrhũꝙ deinde mõtẽ cibarioꝝ inopia in potestatẽ redegisse.Frãciscus ubi præterõium opinionẽ reparãdi se atꝙ muniendi tã oportuno tp̃re sibi spaciũ dari uidet quæ ad resistendũ necessaria existimat:ad ea cõparãda pficiendaqꝫ se cõuertit:duo aũt ĩpræsentia ad bellũ gerẽdũ atꝙ cõficiẽdũ curanda maxime uidebãt.ut hostes ĩ primis ꝓhiberẽtur:ne se suisꝙ insciẽtibus campestrẽ in planicie:qua Mediolanũ petẽtibus iter liberũ pateret:descẽdere possent:qđ si ui facere conẽtur:ꝑlio cõtenderetur:Alteꝝ uero:ita fruméto atꝙ oĩ cõmeatu Mediolanẽses ĩtercluderẽtur:ut nihil ad eos ulla ex ꝑte ĩportari posset.Ná tãta ĩ ea urbe fruméti penuria creuerat.ut aureis nũmis bisdenis & amplius magnis sæpe cõtẽtiõibꝫ modius uænundaret: quo questu ducti nõ tã ex hostibꝫ q̃ ex nr̃is uectores q̃plurimi:q nullã bonoꝝamissionẽ

aut corporis ſuppliciũ uerebãtur. q cquid fruméti paniſue humeris iumen tiſq; poterãt: p diem atq; nocte Mediolanũ cõportare nõ ceſſabant. Quibus rebus ĩ hunc modũ puidit. Oẽs temploꝝ turres quas rurales locis patẽtibꝫ pro eoꝝ tutela munierãt: & arces: quæ ĩter ſua atq; hoſtiũ caſtra intercede bant: pedite cõplet. Idẽ de Meltio facit: qđ ẽ oppidũ inter uicũ mercatum & Adduã pari fere ſpacio poſitũ. Dein municipiis ꝓximis totiq; ſeprenſi oræ magnũ foſſoꝝ numerũ ĩperat: qbus caſtra ibidẽ foſſa & aggere munienda ſũmopere curat. Idẽq; Carolũ ad Caratũ foſſoꝝ parte attributa facere man dat. & quoniã caſtra utraq; milliũ ſeptẽ paſſuũ ĩteruallo ĩter ſeſe diſiunge bant: ad uicũ quendã quẽ Seréniũ uocant medio itinere ſitũ lohánẽ fratrẽ cũ pte copiarũ mittit quẽ edocet: ut ſũma celeritate caſtra foſſa & aggere circũdet. Vintimilianũ ꝑterea: q ut demõſtrauimus: Canturii manebat: ad monet: oppidũ diligenter ſeruet: frumentũ ex locis finitimis eo cõportari ſtudeat. Id. n. oppidũ cũ quinq; paſſuũ millia ab Caroli caſtris: totidẽq; ab urbe Como abeſſet. & ad hoſtes ꝓhibẽdos: & ad Comẽſibus nocẽdũ erat lon ge aptiſſimũ. His oĩbus Frãciſcus ĩperat: ut de hoſtiũ rebus ſcire ſũmã dili gẽtiã induſtriãq; adhibeãt: & ſiqd facto opus eſſe cognouerint: quãprimum aut fumi ſignificatiõe au t bõbardaꝝ cõſtrepitu ſimul & nũciis alter alteri nũciẽt: ita ut ſeu ad ferendã ſociis opẽ ſeu ad hoſtibus repugnãdum: ſi Me diolanũ ꝓficiſcanẽ: celeriter oẽs opportuno tẽpoꝝ atq; loco adeſſe poſſint. Per hunc modũ ab flumine Addua uſq; Comũ ne hoſtes in planiciẽ deſcen dant: Mediolanẽſesq; hoſtibus iungãtur: neue ĩ urbẽ ab ea pte cibariorum quicq; ĩportet: ſatis ꝓ reꝝ ꝓſentiũ cõdiciõe ab ſe puiſũ exiſtimabat: Ne ãt ab partibus reliquis ullo Mediolanẽſes cõmeatu ſubuenirenẽ: papienſibus laudẽſibus atq; iis oĩbus: q Mediolano proximi ſũt: & ſuo parebãt imperio ꝓnunciari iubet. & ſiq iuuerint: eos ultimũ eſſe ſuppliciũ paſſuros: ut aũt ſiqd hoꝝ Mediolanũ ĩportaret: ſcire ac ei rei mederi poſſit: & ĩ urbe explo ratores cõſtituit: & aliis multis in locis cuſtodes ponit. His cõſtitutis rebus unũ tantũmodo ad bellũ ſuſtinẽdũ maxíe neceſſariũ deeſſe uidebatur: ut frumenti copia ad ãlendũ exercitũ adeſſet: cũ & ipſe magna quoq; fruméti difficultate ꝓmeret. Nam q ex laude cõmeatus ĩportabãt: uix tertiæ militũ parti ſuppetebãt. Huic tã grauĩ incõmodo ſic occurrere inſtituit. Inqréda amicoꝝ hortea iubet: q ĩ Mediolanẽſiũ finibus & ab ſe nõ lõge ihabitabãt penes quos in ſeprenſibus nõ exigua tritici copia reperta é. Ea re nunciata Frãciſcus qua miꝝ ĩ modũ cruciabaẽ cura leuatus bene ſperaẽ cœpit. Na m tãta cõmeatus inopia preſſus nõ diu p ea loca exercitũ cõtinere poſſe aĩad uerterat: Quod cũ Mediolanẽſes nõ ignorarẽt: ſummã ſpẽ ĩ ea re ponentes: qbus ea ſola ſuæ ſaluti relicta uidebaẽ: audaciores in dies ptinacioresq; ad calamitates pferrẽdas efficiebanẽ. Ab amicis igiẽ parte quadã tã neceſſario tẽpe ſubueniri petit: a qbus facile obtinet. In his Philippus maria uicecomes Gaſparis filius egregiũ præ cæteris đ ſe officiũ ꝓſtitit: q & ſi ab Mediolanẽ ſibus quotidie multis pollicitationibus ſollicitabaẽ: tamẽ ſingulari fide cõ ſilio ope opera nullo unq; tpe ei defuiſſe uiſus eſt. At aliis uero quos nõ bo no in ſe aĩo ſciebat poſtulatisq; ſuis minime ſatisfacturos arbitrabaẽ quod iã cũ Mediolanẽſibus clã ſentiebãt: ui aufferẽdũ ſtatuit. Itaq; p eius regionis pfectũ iubet municipes atq; ciues oẽs in cõcionẽ accerſendos. Præfectus de rebus grauibus atq; gratis auctuꝝ ſe ſimulat: & cõcione ſoluta ſuſpectos re tinet ac in carcerẽ cõiicit: Quo facto Frãciſcus q cq̃d fruméti in retentorũ mũicipiis arcibuſq; repperit: quo iã multis ex cãpeſtribus locis magna tri tici uis erat cõgeſta: militibus metiẽdũ mãdauit: ex quo rei frumẽtariæ ne ceſſitati ad multos dies ſatisfecit. His rebus cõſtitutis munitionibusq; ꝑfec tis Frãciſcus maiorẽ ad reſiſtẽdũ ſpiritũ ſumit: hoſtiũq; multitudinẽ mino ueret: quos animaduerteret nihil oĩum uelle minus: quam ſecum manum conſerere uſque adeo diuinam eius ſapiẽtiã & ſingularẽ animi magnitudi nẽ formidabant. Dum ad eos laceſſendos animum uertit: forte briatinorũ primores: de qbus ſupra mentionẽ fecimus: ad eũ ueniũt poſtulatũ auxiliũ

docent municipia & quas ꝑ eoꝝ tutela munitiones fecerãt: ĩ eius fide com
muni nobiliũ uolũtate seruata: & quoad fieri posset seruãda decretũ: nec ꝑ
inde se mereri tam ꝓpinquis hostibus ita oĩno ab eo deseri. Hac Frãciscus
tã egregia amicoꝝ fide ꝑspecta: quos iã se hostibus ꝑmisisse putabat: Rober
thũ & Salernitanũ ualido equitatu peditatuq; utriq; attributo eo celeriter
mittit. hi e munitionibus hostibus ꝓximis frequẽtius erũpentes de supiore
loco eos lacessebãt. Nã municipia collibus æditis sita uenetoꝝ castris ĩpẽde
bant: atq; ex ea re pugnæ nõ tã diurnæ: quã nocturnæ cõserebãtur: hostesq;
minus longe lateq; uagari. Dum aũt hæc gerũtur: uintimillianus q Cantu
rii ut ꝑdiximus: ĩ hybernis erat: magnæ potiũdæ pecuniæ gr̃a adductus: cũ
uenetoꝝ legatis de suo ad eos trãsitu ac de oppidi deditione & lacobus itẽ
picininus: cuius animũ ĩmoderata dominãdi libido quotidie uexabat cum
Frãcisco certis cõdicionibus de suo ad eũ reditu: deq; ueneti exercitus dire
ptione uno atq; eodẽ tp̃re clã agere cœperũt. At Frãciscus: tã & si postulata
picinini dura nimis & grauia uidebãt: tamẽ cũ ad uictoriã de hostibus con
sequẽdã nihil omittendũ putaret nõ castella atq; oppida solũ: quæ ĩ placẽ
tinis a Ppilippo duce cõcessa Nicolaus eius pater ia possederat: sed ne qdẽ
placentiã urbẽ: q̃ opere maximo postulabat: denegãdã existimauit. Hæc cũ
Luchini palmerii utriq; fidissimi opa secreto paucis diebus tractarẽt: picini
niq; postulatis oĩbus annuendũ Frãcisco uisum esset: & quo magis petenti
morẽ gerat. & cõuẽta secretiora sint: maiorisq; fidei robur atq; cõstãtiã ha
bere uiderẽt: sua ipse manu trãscribit: moxq; ad eũ ꝑ Luchini inter nũcium
deferenda iubet hortatq; simul ut ea quæ ĩter sese de hostibus castrisq; di
ripiendis acta sancitaq; essent: ꝓpediẽ conficienda curaret. Sed. n. picininus
priusq̃ ad eũ cũ scriptis missus ꝑuenisset: mutato cõsilio uenetoꝝ ꝑtes seq
statuerat Quod ut postea cognitũ ẽ: his fecit de causis. Quod cũ memoria
teneret nõ solũ recẽtes sed ueteres ẽt iniurias: eidẽ suã suoꝝq; saluté non sa
tis tuto cõmittere posse putabat: ꝑterea ꝑhorrebat ipsa natura ob antiquũ
odiũ Sphortianũ nomẽ & Frãcisci gloriæ ĩuidebat: Dubitabat insup: ne ex
illius felicitate infelicitas sibi atq; ꝑnicies pararet. Luchinũ igit̃ ĩmerito re
tinet: ꝓtinusq; ad Sigismũdũ legatosq; rem defert: lõge aliter q̃ fuerat. Nã
cũ se de fide ĩ suspicionẽ legatis uenisse ĩtellexisset: sui purgãdi cã qcqd cũ
Frãcisco Luchini opa egerat ĩiussu suo atq; se ĩsciente egisse Luchinũ insi
mulauit. hũc deide ne suos cuiq̃ dolos patefacere unq̃ posset: noctu laqueo
suspendẽdũ iussit. Quod ubi Frãciscus resciuit infelicẽ insontis amici casũ
cõmiseratus uæhemẽter indoluit: ꝓmisitq; ullo si unq̃ tp̃re posset bello se
se eius mortis ĩmeritæ fore ultorẽ. Interĩ uintimilião uenetoꝝq; legatis cœ
ptũ ĩtem sese negociũ ꝑficere festinãtibus: fiebat de ea re Frãciscus nõ modo
ab oppidi ꝑfecto quotidie certior: ueꝝẽt a nõnullis ex ipsius uintimiliani
familiaribus atq; domesticis: qbus rẽ ipse crediderat. Cõperit ꝑterea multis
ex ꝑtibus ẽt ex hostibus rẽ esse certissimã: & iã ĩteruentu Corradi aluianen
sis romani ex uenetoꝝ eqtũ ꝑfectis ꝓpe cõfectã: atq; ob eã cãm grandẽ pecu
niã Bergomũ delatã. Quã qdẽ rẽ & si Frãciscus ægerrime ferebat: ꝑcipue q
eũ in locũ deductũ se uideret: ut quẽ ꝓpter eius spectatã rei militaris disci
plinam atq; uirtutẽ admodũ diligebat: ĩ eũ manus iniicere cogeret: quin ẽt
multũ de sua existimatione eo ꝑsertim tp̃re inde diminutũ iri: & maliuo
lorũ atq; detrahẽtiũ linguis magnã de se detrahendi occasionẽ præberi ani
maduertebat: tamẽ cũ satis supq; ꝑ supiora tp̃ra hoĩnis uitã mobilitatẽq;
nõ ignoraret: & piculi magnitudinẽ cogitaret: uisum ẽ: non esse amplius cũ
ctandum quin huic tam manifesto grauissimoq; piculo ꝓspiceret. Ea re ad
multã noctẽ cõstituta: die postero mane summo duodecim eqtũ cohortibus
ex castris: qbus Karolus ꝑerat delectis: Cãturiũ celeriter ire cõtẽdit: & ne de
suo uintimilianus aduẽtu cognoscer̃ quicq̃ possit: certos ꝑmittit eqtes: qui
cunctos Canturiũ præire uolentes itinere prohibeant. Ex quo factum est ut
prius ad oppidum omnibus copiis peruentum sit: quide suo accessu quic
quam uintimilianus præsentire potuisset. Is admiratus tantam rei nouitatẽ

statim pedes magno cũ pallore Franciscũ adit: cui aduentus cãm ꝑcunctãti Frãciscus respondit: eo se accessisse: ut exinde Comũ petẽs ciuibus se ostẽderet: qđ ab nõnullis esset suasus: si corã ipse urbis mœnibus propinquaret: futurũ: ut statim ab ciuibus ĩ urbẽ reciperet. At Frãciscus ubi uidet ita libere ad se uintimillianũ uenisse pro suo miti ĩgenio animiq; bonitate retinẽdi eius sentẽtiã mutauit. Quod cũ ꝑ portã alterã: quæ ad Comensem spectat urbẽ facile se fugæ mãdare potuisset: culpa illum uacare credebat: & si qua esset: leuẽ putabat. ob id ignoscendũ ei iudicat & quæ de ipso dicta fuerant: & sui aduentus causam aptius explicare: atq; oĩbus rebus in fide cõfirmare atq; cõtinere deliberat. Ea re cũ Andrea birago. Aloysino bossio. Petro posterla aliisq; ꝑpaucis cõicata: a qbus multis argumẽtis cõtrariã ĩ ꝑtẽ adductis: cur oĩno cõpræhendendus esset: Illũ tãdẽ ĩuitus ac fere lachrymas retineri iussit: adhibitisq; custodibꝫ: q eũ honeste seruarẽt: q̃primũ ĩ castra reuersus ẽ: quẽ triduo post laudẽ deinde papiã his cũ mãdatis misit: ut ꝑter libertatẽ nihil ei ad uitæ usum uoluptatẽq; ꝓhiberetur. Interea uigesimũ iã diem mensis attigerat: & Mediolanẽses tanta cibarioꝝ inopia laborabãt ut neq; belli ĩpensam neq; incõmoda amplius ꝑferre possent. Nã cũ nouissime ad extremã rerũ oĩum calamitatem uniuersa ciuitas deuenisset: multi erant ꝑsertim inopes: quoꝝ ea urbe ingens oĩ tꝑre ẽ numerus: q ad tollerandam famẽ nõ tã equos asinosq; q̃ canes: nõ minus feles q̃ mures edebãt. Nã nihil erat tã sordidũ: & qđ natura abhorret humana: qn ab exurientibus arriperet. Quas ob res magnæ sæpe cõtentiones ac tumultus oriebantur. hærbis radicibus ullo absq; cõdimẽto utebãt. Vinũ nisi ditior gustabat nemo. Multi ẽt: quos uel egestas uel senectus uel morbus aliquis uexabat: quoꝝ infinita pœne multitudine ciuitas ipsa repleta erat: fame cõfecti ꝑ domos ꝑq; uias passim peribãt. Ex quo multæ ac magnæ ubiq; ꝑ urbẽ querelæ lamẽtationesq; fieri. Vbiq; ploratus assidue audiri. Oẽs extrema ĩ miseria uersari. Quisq; suæ q̃ alienæ salutis rationẽ potius habere: & nemini tamẽ ꝑterq̃ đ libertate loqui licere. Quibus ex rebus fiebat: ut populares: q se hostiũ arbitrio tradere. q̃ domi stantes fame perire malebant: urbe cũ uxoribus atq; liberis egrederẽtur: & ꝑ campos uitam miserabilẽ traherẽt: Quoꝝ magna ꝑs consentiẽtibus magistratibꝫ ad proxĩa municipia atq; oppida diuertebat & iunctis atq; sublatis ad cælũ manibus dei misericordiã ĩplorabat. hos municipes misericordia moti excipiebant. Quod cũ resciuisset Frãciscus regionũ militũq; ꝑfectis ĩpauit: ut Mediolanẽsiũ neminẽ recipiãt. cibo auxilioq; nullo iuuẽt: & ĩ urbẽ rursus redire cõpellãt. Præfectis ĩperata facientibus: hoc multis accidebat locis cũ mulieres quæ infantes ad ubera gestabant: filiosq; paruulos secũ trahebãt: & adolescentulæ ĩsuꝑ multæ per deserta uagarent uitæ alimẽta quæritãtes: & necubi adiumẽti quicq̃ ĩuenirẽt: & ĩ urbem reuerti nollẽt: ꝑ rura inculta perq; nemora latitabant: qbus tantũmõ hærbæ cibus: aqua potus erant: qđ peregre emori quã in urbẽ redire malebant. ac tandẽ lassitudine & fame ꝑssæ deficiebãt: ĩter quas multæ nuptæ innuptæq; uitæ sustinẽdæ gratia: corpus ad cuiusq; libidinis usum ꝓstituebant. erant. n. a uiris maribusq; pubertatis ãnos superantibus ꝑꝑ captiuitatis cruciatusq; metũ oĩno derelictæ: ꝙ cũ ad ĩpietatẽ quãdã a nonnullis Francisco ascriberet: ita respõdebat. Quod & si id inuitus agebat: ferebatq; dolẽter urbẽ amplissimã atq; populosissimã tot detrimẽtis affici nõnulloꝝ ꝑsertim̃ pessimoꝝ ciuiũ causa: tamen si sibi uincendum decreuisset. sic ius belli ꝑsentiũq; tẽporũ cõdicionẽ ferr̃. Sic ẽt eorũ q reip. ꝑerant peruicaciã atq; temeritatẽ postular̃. Quãdoquidẽ nulla alia belligerẽdi ratiõe q̃ fame subigi posse Mediolanenses plane aĩaduerteret. hostes ĩterĩ quo ĩ periculo ciuitas sit: crebris lr̃is nũciisq; edocebãt: atq; orãtibꝫ ĩstãtibusq; quotidie legatis Mediolanẽsibꝫ: ut ꝑitur̃ urbi cõfestĩ succurrer̃ uelĩt: dies atq; noctes ĩ capiẽdis cõsiliis cõsũebãt: nec qd potissimũ agẽdũ sit: satis đcerni põt. Duonãq; ut ferebat: & postea apte cognitũ ẽ repugnabãt. Sigis. timor: & uenetoꝝ uolũtas: Nã Sigismũdꝫ FR. cõgressũ ꝑlurimũ formidabat: cũ ob Polysenam

uxoré suá Frácisci filiá suo iussu ĩmerito necatá: quo pr̃em acerbiore dolor̃ p̃meret: & ne ꝓpter ĩexplebile & exacerbatũ ĩ ipsum pr̃em odiũ uirilé ex ea ꝓlé susciperet: & Polysená pellicé: q̃ ꝑdite adamabat: deĩde ĩ uxoré duceret & ita mulieré ĩgenuá atq; pudicissimá acerbissima morte affectam pestifero morbo correptá simulás uita functá uulgari iussit: tũ ét ob graues alias ei ꝑ supiora tp̃ra illatas ĩiurias: & ĩsigné diebus ꝓximis cõtumeliá: cũ & ĩ cõcionibus: & palá ĩ exercitu sæpe gloriaret: sicut supioribus annis Franciscum Sphortiá toto piceno eiecisset: ita se tota ét cisalpina gallia eiecturum: & ob eas res castroꝝ mutationé mirũ ĩ modũ dissuadebat: qđ hosti ꝓpius admouere: piculosum esset. Propterea qđ cũ pitissimo atq; fortissimo duce confligendũ erat: neq; quo minus decertaret: si Mediolanensibus ferri auxilia uoluerint fieri posse: neq; esse ita temere cõmittédũ: ut duæ resp. uno tp̃e fortunæ casibus subiiceréť: demõstrabat ꝓinde uideri sibi Mediolanéses. quo sese paululũ sustineát: cohortádos: qđ si audierint: esse ullo absq; discrimine illis partá uictoriá: quia ꝓpter fruméti & pabuli ĩopiá non diu hostes in Mediolanésibus futuros ĩtelligebat. Hanc sententiá ueneti legati cõfirmát nõ piculoꝝ uitádoꝝ cá: sed ut defessi desperatis rebus ii ciues: q rép. gubernabát: qq; plurimũ uerebáť: ne ĩ Francisci manus deuenirét: urbem uenetis traderét: q̃ qdé Leonardus uenerius: qué: ut supra ostédimus: Mediolanũ ueneti legatũ miserát: cũ nõnullis ciuibus tentauerat: populũq; quotidie ad ꝑferẽdas forti aĩo necessitates cohortabať. Atqui: ut: Mediolanéses ex die indié eius auxilii spe nutriréť: qđ illis se laturos ueneti simulabát: ꝑ exercitũ ꝓnũciari Sigismũdus iubet: dieꝝ quattuor cõmeatũ miles qsq; cõpararet. Oés ĩ castra absentes regrediáť: ac magná deĩde fruméti copiá ex trásaddua nis bergomensibusq; cõstitutũ citra adduá quendá ĩ locũ cõferri: quo celerius Mediolanũ ĩportari possit. At Frácíscus ubi hæc non tá ab exploratoribus: q̃ multis amicoꝝ nũciis cognoscit. Nec posse p̃terea Mediolanésem populũ amplius se sustinere: qn arma sumat: & ĩ magistratus tumultũ excitet suos quoq; milites quo paratiores sint: admonet: & q aberát: statim ĩ castra redire cogit & quoniá hostes: ut demõstratũ é: magno eqtũ ac peditũ numero supiores erát: quos ꝑ suo iudicio atq; eoꝝ officio ĩ táto Mediolanensiũ discrimine p̃lii fortuná tétaturos: ĩpetũq; aduersus suoꝝ castra ꝓpediẽ facturos arbitrabať: oĩbus ex ꝑtibus relictis oppidis copias cogere: exercitũq; recenti milite augere dies noctesq; non desinit. Fretus. n. ueteranoꝝ militũ robore cæteroꝝq; uirtute atq; fide statuebat: si hostes in quápiá castrorum ꝑtem uĩ facerét: aut ĩ planicie: uti rumor uagabať: descéderét: cõtinuo eos ĩ uadere: & p̃lio apto decertare. Ná cũ nihil uictoribus ĩpeditũ: uictis nihil tutum esse soleat: si uicerit: ubiq; se uicturũ: sin minus: qcquid in Mediolanésibus obtineat: cito amissurum sciebat.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER. XXI.

MEdiolani ĩterea discordiæ simul ac seditiones increbrescere. Diuina oĩa humanaq; misceri. Iá oés qui fucato libertatis studio tyránidi p̃erát: nulli metui: nulli terrori esse. Quare cum magnitudo mali magnos æque ac ꝑuos corripuisset: puniuersam urbé uariis ĩ locis tumultus fieri. Oés obstipere ꝓlatus ubiq; esse. clamores cælũ terráq; confundere. Quo factu é: ut mussátibus cæteris: nec ĩ apertũ iam marté ire audétibus a porta noua salutis initiũ cœptũ sit. Imperarát publicæ libertatis prĩcipes. ne q̃ portaꝝ consiliũ fieret: nisi quádo & ꝑ quos ipsi iussissét. Delegerát. n. quos uel rudes eé reꝝq; ĩperitos ĩtelligerét: uel suæ deprauatæ métis fautores. Hi oés cõuenerát ĩ téplũ Sáctæ mariæ scalaris. ut aliqd cõfingerét: quo ignata plebs spe inani pasceret. & cõcepta pestis ꝓduceret. donec a uenetis & res frumétaria

utrinq; copiis uariaq; fortuna p quinquēniū cōtinēter ī eo regno gestū é. Relinquebaf.n.tātūmodo p eā tēpestatē ī hostiū manu: uti demōstratū est: Iscla oppidū ī Enaria insula & ouum arx apud Neapolim: quæ maritima tamē classe terrestribusq; copiis ex arido oppugnabāt. Per idē quoq; tēpus Pius pontifex q: uti ostēdimus: posteaq; ad pontificatus fastigiū euectus est: oīs cogitationes suas eo maxime cōtuleratiut bellū aduersus Mahometum ab christiana repu. susciperet: ubi Italiā extincto belli īcendio: pacatā uidit rursus ad eius belli studia animū mentēq; cōuertit. Quare non Italicos mō potētatus: sed cūctas ꝓpe christianas nationes ad erogāda pstandaq; iis belli auxilia: q pro tuēda christiana religione arma sumpturi essent: epistolis legationibusq; ingenti quodā animi ardore excitauit: cū uenētis pcipue q qđ antea ī mātuano cōuētu renuerāt: sponte se facturos receperāt: cum Philippo burgūdionū duce & cū Matthia hunnoꝝ rege fœdus pcussit q ei terra mariq; socii in bello forēt. Hortatus é pterea longa & ornatissima epistola Frāciscū: cui totius belli eius sūmā delaturus esset: ut ipse ēt dei cām tuēdam susciperet: ac tā piæ tā sanctæ tāq; salutari expeditioni interesset. Frāciscus & si pontificis cōsiliū uelut ab optimo pastore profectū probabat: tamen eā ꝓfectionē eo tp̄re multis de causis irritā uanāq; futurā prædicabat quādoqdē alio apparatu alia ratione huiusmodi bellū aduersus potentissimū regē suscipiēdū atq; ī illius finibus gerēdū censeret. Sed ne oīno cōi saluti iustissimoq; Pii desyderio deesse uideret: missurū se dixit: ut supra ostēdimus: cū equestribus copiis quas nō multo post in flaminiā misit: Ludoui cū filiū q ei bello & īteresset: & pontificis lateri quousq; liceret: adesset. Sed enī pontifex q̄q̄ & corpore erat īualido: & Philippus burgundio in quo magnā gerendi belli spem ꝓpter illius uirtutē atq; potētiā posuerat: apte suis finibus excedere recusārat: & ob id cardinalis oēsq; amici eū hortari rogare q̄: ne roma discederet: nō cessabāt. tamē aīo ptinaci maturat ab urbe profisci: multisq; post diebus Anconē ꝓpetua febre cōflictatus defert: triremes nō nullas: quas cōscensurus erat: & ī Illyricū trāsiturus: paratas īuenit. Et iā multi ex germania atq; hispania puenerāt: Pontificē secuturi ea spe: utsi bi ab eo stipēdia pro uita alimētis penderentur: sed cū eius rei nihil īueniss sent: nisi qđ peccatoꝝ indulgētia promittebatur: sicuti apostolicis epistolis fuerat ubiq; gētiū fidelibus enūciatū: īdignātes remigrare: q̄sq; domū cœperūt. Aduenit pterea eodē ut erat prius cōstitutū: Christophorus maurus uenetorū dux cū nauibus longis ut pontifici iunctus una ī expeditione ꝓficisceref. Sed tāta fuit uis morbi in sene pfertim & ībecillo corpore simul cū īgēti sollicitudine animi: qđ suos ī irritū conatus casuros: seq; ludibrio futurū aīaduerteret: ut paucis post diebus e uita excesserit felix ꝓfecto pōtificis mors: quæ eū ī tāto xp̄ianæ religionis subueniēdæ studio euocauerit feliciorq; e cœpto cursu: quē iniisse iā penituerat: eius cū laude reuocauerit Cōstituerat.n. sicuti ex Othonis legati Īris Franciscus sæpe acceperat: Brūduſiū usq; tātūmodo: si uixisset: nauigare: & ibi subeunte hyemē cōsumere romā postea irrita profectione: christianis principibus culpā iniiciēdo redire. Eo aūt uita functo: oēs q Anconē uenerat. ex Italia profecturi. statim unde discesserāt: reuerterūt. Pii corpus romā relatū é: ubi exequiis rite solutis primo cardinaliū scrutinio Petrus barbus uenetus pontifex declaratus: cui Paulo secundo nomen fuit: ei ī pontificatū succesſit.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER. XXXI.

INeunte sequētis anni uere & Fredericus Ferdinādi regis filio cū sex cētis circiter eqtibus Mediolanū ad Frāciscū mittitur. Hippolytæ mariæ Alphōso fri despōsæ Neapolī traducturo & Iacobus picininus. qui uti demonstratū est. superiore anno Mediolanū uenerat Neapolī ad regem proficiscit. Cā profici scēdi fuit: q dū eēt Mediolāi: eius stipēdii tps effluxerat. Quare Franciſci opa facta é cū Ferdinādo duntaxat ī annū alteꝝ stipēdii ꝓroga

rio. Proin missus é a picinino Brocardus persicus Neapolim: q regi pro eo satisfaceret: pecuniasq; ad alédos milites acciperet. Hunc rex ex composito nõ tá mittétis quã missi ét ipsius cá hilari uultu excepit: oppidis qbusdam donauit: magna magistratus dignitate ornauit: & maiora se in eũ dominũq; suũ beneficia in reliquũ tẽpus collaturũ pollicitus é: ac magno se ĩsup picinini uisendi desyderio teneri ostédit. De his rebus cũ fieret Picininus Brocardi ĩfis quotidie certior: cõstituit tãdé pro suo officio Neapolim ad uenerandũ regé accedere: qué recõciliatũ & optimo ĩ se aĩo arbitrabat. Itaq; cũ discedédi tẽps instaret: ꝓpterea qđ Fredericũ regiũ natũ q Mediolano appinquare dicebat: ibi expectare nolebat: ab Frácisco magnopere petit: ut legatũ ad regé destinaret: q rem suã ei cõmẽdaret: qppe quod existimabat se eius cá ab rege humanius susceptũ: ac oĩbus ĩ rebus benignius secũ actũ iri Frácisco aũt: q cũ adhuc nõ satis regis ĩ picininũ mentẽ cognouisset: nec pbauerat unq̃: nec ĩprobauerat illius ad eũ ꝓfectionẽ: dixit libẽtissimo se aĩo legatũ Neapolim missurũ: oiaq; facturũ: quæ ei usui forẽt. Et ob eã rẽ missus é una secũ Petrus posterla ĩ quo maximã picininus ipse fidẽ ob uetere ꝓcipuãq; inter sese familiaritatẽ habebat: p petẽtis uolũtate ad regem legatus. Vbi uero Sulmoné picininus puenit: fuit ibi diebus aliquot de cõstitutа cœptaq; ad regé ꝓfectiõe subdubius: quippe q nõ tá Ferrariæ ac Cesenæ a Borsio æstensi & Dominico malatesta sui beniuolẽtissimis quã ex itinere ab multis aliis & ab suis ꝑsertim domesticis multa ac uaria ĩtellexerat sus picionis plena: qbus de causis sibi aĩaduertẽdũ esset: quẽadmodũ Neapolim ꝓficisceret: regiq; sibi infensissimo sese cõmitteret. Verũtamen posteaq; ad eũ Brocardus accessit: ad qué studio Ferdinandus uelut de eo benemeritus miserat. ita assidue hortatus est multis adductis rationibus: qbus & deberet & liceret ei ad regẽ tuto ꝓficisci: ut omni metu suspicioneq; sublata. Neapolim ire cõtenderit. Procedenti aũt ei multi ex regia nobilitate primores seiunctim tridui fere itinere procul ab urbe Neapoli facti sunt regio imperio obuii: q uariis locis uenientẽ honorifice acciperẽt. Introductus é igitur picininus ĩ urbẽ magno honore magnisq; blãdiciis: cui nouissime rex ét ipse extra urbẽ magna cũ procerũ multitudine obuiã processit: qui eũ amplexu osculoq; humanissime excipere ursus é. Nã nihil sane prætermiserat: qđ ad hominẽ Neapolim alliciendũ utile fore putasset. Fuit deinde picininus Neapoli dies plures: quo cũ oĩa rex cõsilia sua cõicare uidebat. Sed ubi dies recessui dictus uenit: qđ redire Sulmoné: ĩpetrata ab rege uenia. statuerat quo Drusiana uxor nõ multo post e Mediolano eũ subsecuta aduẽtare fere bat: accitus é mane ad regé ĩ nouã arcẽ: eo ut dicebat aĩo: quo accepta uẽia sumptoq; cibo: rediret ĩ brutios. Iusserat aũt rex passim p regni fines custodias fieri: ut si forte picininus uel ĩterdiu uel noctu trãsiret: p loca retĩeret. Is dies fuit ad. viii. Kalẽdas Iulias quo die beati Iohánis Baptiste natale celebrat. Rex cũ pro sua cõsuetudine picininũ humaniter accepisset: sicuti ĩ illius aduẽtu fecerat: ita ĩ specie simulatæ recessũ licẽtiæ rursus exosculatus est. Paulo deide post: eo cũ reliqs relicto: ĩ ĩteriorẽ locũ fecessit: paruoq; interiecto tẽporis spacio ab paratis iá lictoribus picininus cõphẽdit. atq; ĩ carcerẽ agit. Cõpræhẽsi ét sũt eodẽ tpe Frácisci picininus eius filius: Brocardus: & alii ppauci: bona fisco addicata. Braciani milites ubicũq; erãt. a puinciæ ꝓfectis ĩ ꝑdã acti. quorũ tamẽ multi regiæ ascripti militiæ stationibus suis remanserũt ĩacti. Reliq uero bonis fere oĩbus exuti: siluestro duce: per picetes ĩ flaminiã remigrãtes ad Dominicũ malatestã antiquũ bracianoq; hospitẽ sese receperũt. Ceteq; Drusiana: quæ iá ĩ brutios puenerat: sed non dũ Sulmoné appulerat: eo tristi audito uiri núcio exterrita mox qua uenerat: Pisauq; ad Alexádq; patruũ oĩbus suis bonis: regio tamẽ iussu ĩ reuertit icolumis. Sed quoniã haud dubie Ferdinádus futuq; existimabat: ut uarii p Italiã rumores circũferent. Picininũ scilicet ipsũ ab eo nõ iure: sed ĩiuria odio ac fraude retẽtũ eẽ: litteras ad Frácisci cæteroq; potẽtatũ ĩ hãc sniam scripsit. Quot malis q̃ calãitatibꝫ Iacobi picinini rebellio superioribꝫ ánis

res nras affecerit:nouit nō modo Italia oīs:sed ipse ēt terrarū orbis: q obli
tus tot īmortaliū beneficiorū:qbus & ab diuo Alphonso patre nro:dum ī
humanis ageret:& a nobis post illius obitū fuerat exornatus:ea contra nos
parauit:& obstinatissimo aīo peregit:quæ multo celsitudini tuæ notiora
sunt:quā a nobis possent abunde explicari.Nā quāta illius pfidia atq; perti
nacia in caput nostrū & ī regē nrārū pernicie conatus fuerit: illud maxime
declarat:qđ tū demū ipse in partes nras rediit:cū necesse esset deuictū pfli
gatūq; sese in nram tandē deuenire potestatē:Quibus aūt fœderibus qbus
ue cōdicionibus ad nos reuersus fuerit:aut qbus oppidis eū donauerimus:
quātaq; illi stipēdia decreuerimus:nō ē necesse ut nūc referamus. Certe si
partes usq; nras secutus amicus defensorq; fuisset:maiore illū stipēdio ma
ioribusq; beneficiis psequi nō potuissemus.Nup ēt cū ad nos uenisset: non
ut subditus sed uelut germanus frater humaniter magnisq; ēt honoribus
a nobis exceptus ē:q̄bus adhuc nō modo ad sanitatē nobiscū non redierat:
sed ne qdem ab īnata illa sua pfidia deprauataq; natura & īcredibili pœne
in nos odio parū qđ īmutatus ea ī nos parabat moliebat q;: qbus nisi diui
na bonitate occursum fuisset:paratū erat nō solū regno nro excidium: sed
breui futurū:ut Italia oīs rursus nouis bellorū incēdiis cladibusq; labora
ret:quas ob res q̄q̄ inuiti & sūmo cū animi dolore coacti tamē sumus:dum
nō modo rebus nris sed Italiæ ēt uniuersæ & christianæ religioni cōsulere
uolumus:Iacobū picininū hūc capi:captūq; in noua arce nra Neapolitana
seruari iusserimus:ex quo nō minus recte utiliterq; Italiæ totius potentati
bus ac populis & iis pīertim:q ocii pacisq; cupidi ac beneuiuendi studiosi
sunt:quā rebus nris prospectū iri iudicamus.Quādo qdē futurum erat: ut
malo& oīum ab illo nasceret initiū:qbus qdē malis breui Italiā oēm cōfla
grare oportebat:ni deus optimus maximus:q nihil insidiæ diu abditū eē
patit:sua benignitate hæc oīa nob apta fecisset:quæ sublimitati tuæ signi
ficare uoluimus:ut cū ex aliis tū ex hoc potissimū ītelligat diuino cōsilio
hac ratione & rebus nris & cūctis Italiæ principibus atq; populis optīe fuis
se pspectū:dū ea quæ tā nefariæ tāq; scelerate a Iacobo picinino parabant
nobis retecta sūt:quæ qualia & quāta fuerint,aliis lris nris celsitudini tuæ
singillatim aperiemus.Quod ubi Frāciscus rescisset:pgrauiter cōmotus est
nec poterat se cōtinere:quin sæpe regē dānaret:qđ ī hominē ī sui pīertim
legati cōspectu manus iniecisset:quē certe putabat eius criminis: cuius po
stremo īsimulabat:fuisse insontē.Dolebat pterea nō mediocriter:qđ existi
mabat neminē fere ī Italia futurū:q nō iudicaret eū facinoris huiusmodi
cōsciū:utpote q cū Ferdinādo ppter uetus & poene īmortale īter Sphortia
nos bracianosq; odiū ī ea re sensisset:& Neapolim tāq; ad Maçellū picininū
misisset.Quibus de causis īdignabūdus cōfestim ad Philippū & Sphortiam
mariā filios & Roberthū Sāctoseuerinatē sororiū:quos una cum Frederico
eunti Neapolim Hippolyte comites adhibuerat:lras q̄celerrime pferendas
iubet:ut ubicūq; essent,ab itinere cū Hippolyta desisterēt :manerentq; ibi
donec qđ facere eos uoluerit:edocerēt.Hi Senas cū iā pueuissent: acceptis
nō sine magna Frederici comitūq; aī molestia lris paruerūt. Præterea Frā
ciscus:neqđ p picinini salute inexptū relinqueret:Tristanū filiū ad regem
mittit rogatū.ut generū sibi cōdonaret.oīa se p eo recepturum pollicitus.
Inter hæc Iohānes andegauēsis classe triremiū decē biremiūq; duarū ī mas
siliensi portu Isclæ inclusis breuiq; famæ perituris opē ferre maturabat.
At Ferdinādus aliā cōtra maiore nūero maioribusq; uiribus coegerat. eāq;
ī anchoris stare ac mare uniuersū qua pte cōmeatus Isclā īportari poterāt:
ita circūsedeī iusserat:ut nauali corona mons ipse:ī quo urbs sita est:cinge
ret.Proximas insulas ac montes:q ī cōtinenti sunt:& ī altū liberiorē pspec
tum habēt:exploratoribus custodiri.Scaphis pterea ac paruulis celerioribus
q; nauigiis maria circūquaq; obseruari.Iam rumor: q̄uis falsus īcrebuerat
hostilem aduentare classem:rex suam milite affatim complet.Sed uix tridu
um præterierat: cū regiæ classis prefectus nonis Iuliis factus est ab explora

toribus certior: hostes ꝓpe adesse ad pugnā paratos. Qua re cognita cum se quoq; ad pugnā parasset: supueniētes ī diluculo hostiū triremes eū magno īpetu adoriūtur: primoq; cōcursu triremis massiliēsiū una ītercipit. Commisso deinde toto utrinq; agmine p̄lio: rostratæ andegauēsiū naues longe numero superāt: ob eāq; rē ægre resistētes nō multo labore tres aliæ capiūtur. Reliquæ extēplo uertūtur ī fugā: regi acrius fugiētes insectati: tres item alias triremes ceperūt. Reliquas tres: cū celerius sese p̄lio explicuissent: cōsequi nequerūt. Ita captæ sunt e massiliēsi classe naues longe septē: & cum iis biremes duæ: cōpræhēsusq; ē in ipsa fuga Carolus torella classis præfectus. Hac uictoria nūciata: obsessi oī spe destituti nō multis post diebus dediderunt sese regi. Idē fecere q Ouo arci p̄erant. Per hunc modū sicuti supiore anno terrestri: ita maritimo bello finis factus ē: ex quo tp̄re Neapolitanū regnū tot grauibus diuturnisq; bellis fatigatū terra mariq; tādē qescere cœpit. Hæc nō multo postq̄ gesta sunt: alteræ Ferdinādi lr̄æ Frācisco redditæ sunt: quæ picinini mortē nūciabāt: eāq; hac accidisse de cā: qđ cū octauus iā ageretur dies: quo regia classis ad Enariā hostē ꝓfligarat: eiusq; uictoriæ nūcius Neapolim ꝑuenisset: īfinita pœne hominū multitudo magno plausu magnoq; clamore læticiā præ se ferēs cōcurrere in arcē cœpit: qbus motus uocibus picininus: q agebat in turri: quæ urbē ꝓspicit: rei cognoscēdæ auidus: fenestrā quādā cōscendere ab pauimento altiorē: cratēq; ferreā manu cōpræhēdere annixus: fallente manu delapsus ē: coxāq; fregit: adeo qđ & si ab medicis nihil ī adhibēdis remediis p̄termissum fuerat: tamē quia uulnus lœtale erat: duodecimo die posteaq̄ cecidisset: magna ui doloris uictus diē obierat. Quæ ubi Frācisсus accepit: qđ de hominis morte nūciabat: facile credidit sed de mortis genere minime: quin res ridicula uisa ē. Nam iā fama erat biduū aut triduū oīno: posteaquā in uincula cōiectus est: uixisse. Quod & ab certis auctoribus fuerat affirmatum: cuius postea cadauer aduenīēti Neapolim Tristano uidere cupiēti: rex exhumatū ac ita: ut erat fætidū ostēdi iussit. Quibus de causis retardatū ē senis: ut supra ostēdimus: mensibus fere duobus Hippolytæ iter. Nā cū picinini retētio ingrata admodum Frācisco extitisset: sed mors īgratissima: sæpe aīo uolutauit ex itinere filiā reuocare: ad quā rē multos & p̄cipue Blancā cōiugē concitatores habebat. Sed cū rerū oīum rationē habuisset: ubi de generi uita: quæ irrecuperabilis erat: nulla amplius relicta spes esset: uisum ē tandē ab Ferdinandi amicicia nequaq̄ discedēdū: quā tāto suo īpendio tāto suo suoꝝq; ꝑiculo parasset: ad quā qdē rē & florētinoꝝ cōsilio usus ē: & Pauli pontificis uoce cōfirmatus dixisse enī ferūt: ubi picininū cōpræhensum cognouit: factā esse eo tp̄re & Frācisci Mediolanēsiū ducis domui & Italiæ toti salutē. Proinde ꝑmisit Hippolytā Neapolim: ut cœperat ꝓficisci. Cōfecto andegauensi bello existimabat fore aliquādo Frācisсus: ut & milites a tātis laboribus reficere: & ip̄e aīo qescere: & diuturnis etiā maximisq; īpensis parcere posset: qbus supioribus annis ærarium non modo exhauserat: sed magno ēt alieno ære conflato in quatriennium fere creditoribus obligarat. Sed enim lōge aliter q̄ putarat: euenit. Nā sub idem tp̄s maximi undiq; motus ī Ludouici frācorū regis caput regniq; euersionē quottidie excitari nūciabant. Qua re iudicabat futuꝝ foederis iur̄: qđ sibi erat cū Ludouico. ut ad eū quoq; ab se auxilia ī galliā mitti opporteret: Causā uero tātoꝝ motuū hāc fuisse repiebat Supiore āno q fuit a natali christiano sexagesimus quartus supra quadrīgētesimū ad millessimū orta ē īter regē ipsū & Frācisсū gallicæ britaniæ ducē de cōfiniis cōtrouersia: quæ Ludouicus tū iur̄ tū ueter̄ cōsuetudīe ad se ꝑtiner̄ dicebat. Frācisсus dux oīa secus. Qua re ubi īter sese diu multūq; disceptassent: rex illū ī iudiciū arcessi īperat. Postea uero ut regni totius prīates ac pricipes ad Kal. Dec. ī Toronēse urbē cōuenirēt edixit: qbꝫ aduocatōnis cām apiēs ea se eē mēte ꝓnūciat: ut ī cōtumacē atq; īfestū arma suerēt. At ii ut sūt galli natura leues ac subdoli & ad bella suscipiēda alacres ū ꝓrege ī eo cōuētu: sed cōtra regem coniurant ꝑcussoq; inter sese dū foedere

cæteros qui abeſſent: ſollicitãt: & ii quoq; paulo poſt idẽ confirmãt Coniurationis eius hos fuiſſe prĩcipes, pditũ é. Carolũ biturigũ ducé regiũ germanũ ffrem: Carolũ philippi burgundionũ ducis prĩogenitũ. Frãciſcũ ipſũ pp quẽ iis erat orta Iohannẽ barboniẽſiũ ducé: Iohannẽ aloconienſiũ ducé. Carolũ Nemorſinoꝝ ducẽ. Iohannẽ andegauẽſem renati filiũ: q ſuperiore ãno uti demouſtratũ é: Genua Neapolitanoq; regno pulſus: ĩ galliã redierat: & Carolũ andegauenſẽ renati germanũ ffrem Gænomanoꝝ comitẽ Ludouicũ Montiſpẽſerii comitẽ Iohannẽ armeniacoꝝ comitẽ Iohannẽ alebretẽſiũ comitẽ & Iohanẽ duneſinoꝝ comitẽ: quos pleriq; alii regni ꝓceres ſecuti ſũt. At nõ multo poſt tpe Britãnus: hoc. n. noĩe appellant: q in gallia relicta britãnia cõſederũt. Verituſne prius q̃ nondũ ꝓdita coniuratõe: auxilia pararẽtur bellũ ſibi Ludouicus ĩferret: ad eũ de cõponẽdis rebus legatos mittit: quoꝝ opera breui factũ é: ut cõi conſenſu pax inter eos ĩ pictauiẽſi urbe firmata ſit: Sed a britanno: ut poſtea cognitũ eſt: cuncta ſimulato aĩo atq; dolo acta. Nã eius legati ĩ reditu Carolo regis ffri adoloſcẽti ob iniectã uanã ſpẽ de uẽdicãdo ſibi fraterno regno ſuæ ptis facto: facile pſuaſerũt: ut nulla ãplius cuntactrione uſus ad britannũ trãſiret. Is igit poſtridie eius diei: dũ cũ rege uenationis gra iter faceret: relicto eo: domũ repetẽs ad britãnũ ſe recipit. Quare nõ multo poſt lohãnes borboniẽſis: q eius erat: ut ꝓdixĩus coniuratõis princeps: finitimis regiæ dicionis populis apertũ indicit bellũ: quẽ ſecutus lohãnes armeniacus multũ agri ferro atq; igni deuaſtat. Quibꝫ núciatis: rex alioꝝ prĩcipũ aĩos cognoſcere aggreſſus: uarios eos oẽs ĩcoſtãtiſſimoſq; repperit. Quãobrẽ maximis anxĩus curis eos q aut beniuolẽtia aut fœdere ſibi iũcti erãt: rogare coepit: ut ĩ tãto ſuo diſcrimine opẽ ferrẽt. Cũ alios ĩfirmos: alios iã apte a fide diſcedere cõperiſſet: confugit tandẽ ad Frãciſcũ phSortiã cuius fide nihil certius ſibi ducebat. Hũc multis lrĩs ac nũciis rogat: obſecrat: obteſtat: ut auxiliares ex Italia copias ĩ galliã ad ſe mittat. Ipſe ãt magnis itineribus ex urbe Turone ĩ borboniẽſiũ fines pfectus: coacto mox undiq; exercitu: feraciſſimũ agꝝ populat: ac oppida q̃pluria ptim p uolũtariã dedicionẽ: ptĩ p metũ uiq; capit. Interĩ quoniã maiores galliæ motus ĩ dies expectabat: maioribꝫ copiis augere exercitũ cõtẽdit. Ciuitatibꝫ reliqs: quæ pſiſtebãt ĩ fide: delectũ ĩperat. Dũ hæc ita gerunt: nonulli ex iis q in regẽ coniurarant: Borboniẽſis Alaconienſis Nemorſinus Armeniacus quos ſupra nominauimus: & pleriq; alii ubi uidẽt: ſe tãto hoſti nõdũ cõtractis in unũ locũ coniuratoꝝ uiribus ĩpares futuros: pacẽ prĩo petere ſimulãt. Deinde ĩducias: qbus cũ bis datæ eẽnt & nouiſſime prioribus lõgiores in multos dies res deducit. Interĩ tamẽ utrinq; maxĩe ac frequentes ubiq; pregiones excubiæ cuſtodiæq; diſponunt: & magis atq; magis q̃ſq; ꝓ ſe copias undiq; cõtrahit. Proponebat quotidie ſpes pacis atq; recõciliatiõ is: ſed ſimulanter oĩa ab coniuratis agebant: Nã eo cõſilio ad condiciones pacis deueniebãt: ut rex diſtineret. Carolo ãt burgundioni & Frãciſco britãno q & auctoritate & uiribus cæteros anteibãt & cogendoꝝ militũ daret ſpatiũ: & ad oppugnandũ deinde regẽ cũ uniuerſis uiribus: ut erat ante cõſtitutũ: qd lõgius aberãt: eundi facultas ſuppeteret. Sed dũ ſe pacis cõditionibus agit fit Ludouicus multis nũciis certior: burgundionẽ magnis copiis & ĩcredibili poene tormẽtoꝝ apparatu ex ꝓximis belgaꝝ finibus mouiſſe: & p ambianos bellouacoſq; cæteris ſuperatis amnibus Sequanã trãſiſſe: atq; e regiõe urbis parrhiſioꝝ: quæ regni caput é: conſediſſe: oĩa ferro igniq; uaſtantem. Quare uerituſne ſi diutius ĩ iis locis moraretur: reliquæ cõiuratoꝝ copiæ burgũdioni adiũgerẽtur: ex quo minus poſtea poſſet tantis uiribus reſiſtere maturãdũ ĩ hoſtẽ & nulla cunctatione adoriẽdũ putauit. Itaq; pacis cõditõnibus omiſſis die noctuq; uniuerſo exercitu ad Parrhiſios ire cõtẽdit. Eius de aduẽtu factus burgũdio certior: obſidione urbis relicta: fit regi cõtinuo ericũ uſq; mõtẽ ifeſto agmine aĩoq; ĩgẽti obuius: q oppidũ uiginti ãplius paſſuũ millibus a Parrhiſiis diſtat. Ibi carris ſtipitibuſq; ſuo more ſolo infixis uallo celeriter cõfecto: colubrinis oiq; miſſiliũ genẽ ſe defendere A

parat. At Ludouicus hunc totis copiis magnoq; ĩpetu ĩuadit: & missilibꝫ ip se quoq; eminus ab lateribus pluribus hosté lacessere acriusq; cædere cœpit Certaf utrinq; fortissime atq; ptinacissime. Fit ob id cõtinuo magna ac mi serabilis ubiq; cædes. Sed cũ aliquádiu p hũc modũ ab duobꝫ potétissimis exercitibus altero in munitõe se tueri: altero ĩtra munitõem irrúpeſ conã tibus pugnatũ esset: falsa exorĩf regios ĩter milites uox, regé uulneribus cõ fossũ cecidisse. Qua uoce exaudita: cecidere mox oĩbus aĩ. Dein languidius pugnare: multi p̃lio excedeſ: & fugæ se mãdare cœperũt: & Carolus andega uẽsis inter reliquos: q tribus equitũ millibus p̃erat: seu metu pp ĩcrebrescẽ té amissi regis rumorẽ: seu dolo q ĩã: uti demonstratũ é: cũ hostibꝫ sensisset discedẽs toto suo eqtatu: nõ prius a fuga restitit: quã passuũ millia circiter qnquaginta, pcul ab eo loco abiisset. Quod ubi aĩaduertit Ludouicus: detracta confestĩ galea. magna uoce eo ĩquiẽs adsũ: reuocare fugiẽtes conatur: ex quo multi seu pudore seu metu ducti restitere apud regẽ: p̃liũque ob id in stauratũ. Multi uero: ut cœperant: relicto rege: fugã p̃seq; p̃seuerauerũt. Nec tamẽ hostis mũitionibꝫ educere ausus é. Ludouicus ãt cũ iã nox superueniſ set: & ab suis q remanserant: ægre dimicaref: uidẽtibus hostibus: p̃lio excesſit: & ad multã noctẽ corbelliũ se recepit: quẽ ĩ locũ suos e foeda fuga reducere curauit. Et quoniã ubi erat: ãplius sibi manẽdũ nõ uidebaf pp magnã militũ multitudiné ad hostẽ quottidie cõfluentẽ: coacta biduo maiore errãtiũ p̃te: Parrhisios cõcessit. Interĩ Karolus nũeratis occisoꝝ cadaueribus: q milliũ sex numeꝝ superasse ferunf: iisq; humatis: operaq; adhibita: ut sauciĩ curarenf: cũ res frumẽtaria exercitũ deficeret: Estãpas proficiscif. Quod qdẽ oppidũ & si pmunitũ erat & ualidũ: oppidani tamen metu pculsi sese Carolo dediderũt: quẽ in locũ Carolus regius fr̃ Franciscus británus: & cæteri cõiurationis p̃rices confestĩ cũ ĩgẽti quãta maxĩe pro se q̃sq; potuerũt: armatorũ manu cõuenere. Fuerũt ut existimabaf: p̃ter inutilẽ multitudinẽ supra centũ fortissimoꝝ uiroꝝ millia: cũq; aut de capiẽdo aut fugãdo rege agerent: cõstituerũt illũ ad urbẽ Parrhisios circunsedere: quæ &si maxĩa est: muroq; circundata ualidissimo & fossa ité duplici & aggere munita: tamẽ nõ dubitabãt: breui regnũ ꝓpe uniuersũ ĩperata facturũ. Quibus cõstitutis rebus urbi totis castris admouerũt. Burgũdio p̃rius urbana ꝓpe mœnia sua castra locat: quæ ferratis curribus ualidoq; aggere circũdat. Iohannes andegauẽsis: q urbi ꝓximus é: ponté in Sequana fitũ occupat: id enĩ flumen mediã urbẽ ĩterfluẽs ré frumẽtariã facile abũdeq; ei ciuitati suppeditabat. At Carolus regis fr̃ & britannus cæteriq; p̃rices municipia quæq; munitõne firmiora circũquaq; aggressi: iisdẽq; potiti urbẽ & ipi ita posidẽt ut ex magno ambitu is solus obsessis relictus sit aditus: q ad occidentẽ p̃tinet: & ad regionẽ eã uergit: q̃ galli Normandiã dicunt: huic p̃sidio erãt ex regiis euocatis quadragĩta circiter eqtũ ac peditũ millia: qbus ex locis & Rothomago urbe ampliſſima: quæ regionis totiꝫ caput é: regiq; fidelissima: magna quotidie ĩclusis subsidia inuitis ẽt obsidẽtibus ipsis subministrabanf. Ceteꝝ hostiũ duces burgũdioq; in p̃rĩs & recẽti uictoria & nũero elati sæpe regẽ p̃ feciales perq; ferreã chirotecã belli mor̃ ĩ certamẽ ꝓuocabãt. At ille ut ẽ ĩ genii acrimonia & prudẽtia singulari p̃ditus: cũ statuisset urbe se cõtinere. hosteſq; quoad posset diuturnitate belli cõterere: uiribusq; exinanire: p̃lio abstinebat: ꝓuocantiq; hosti, respondebat: nõ decere subditos regẽ suã in pugnã ꝓuocare. Inter hæc Frãciscus Sphortia: q erat aĩo in Ludouicũ non benuolo minus q̃ grato: cũ primũ de ea p̃cipũ cõiuratiõe p̃fidiaq; multoꝝ ĩris cognouit non expectandum sibi duxit: ut auxiliator accerseretur a rege sed ultro ei succurrendum sui officii esse iudicauit: ad quam rem tamen non multo post accessit frequens regis ipsius petitio. Proinde celeriter exercitũ ĩ cisalpina gallia parandũ curauit. Huic uiros fortes longoq; belli usu peritos attribuit. Imperii uero summã Galeacio primogenito suo tradidit quẽ eo potissimũ consilio ductus in eam expeditionẽ mittendũ existimauit ut & beneficiũ petẽti ĩ tãto suo periculo gratius foret: cumulatiusq; redde

ref.& adolescens filius disciplinā militarē:ipso uiuēte:discēret:armis assue
scēret:& militū quoq; gratiam & auctoritatē bello gerēdo sibi compararet
qppe q; sæpe dicere solitus esset:quā sibi iucundū extitisset:si uenero bello
q; postremo gesserat:Galeaciū filiū apud se habere p ætatē licuisset.Is igit
belládi cupido:coacto nō lōge ab urbe Vercellis exercitu:īpetrataq; ab Ami
deo sabbaudiano principe:q Ludouico patri ī prīcipatu successerat:de libe
ro p suos fines trāsitu reditugq; fide publica:pte æstatis iā exacta:castra mo
uit:& p taurinos iter faciēs paucis diebus ex Italia alpes trāscēdit:ac p Del
phinates quos uocant:ī Viennensiū fines regiæ dicionis magnis difficilibus
q; cōfectis itineribus puenit.Deinde nulla fere data militibus qete.Rhoda
nū traiecit:proximū Frāciscī borbonēsis solū:qđ forēse appellant:oppidis
magnis q; uicis frequēs inuadit:populatusq; late ac longe regionis agros:ma
gnū inde pecoris numerū abegit:ita:ut nemo fer miles pdæ expers redierit
ī castra.Eius aduentu puinciæ eius populi:q fere oēs aduersis Ludouici re
bus īfirmi uacillare aīo & de defectione cogitare iā cœperāt:ī regia fide cō
firmanē.Hostibus uero tantus ē terror iectus:ut Galeacius nō formidabi
lis mō hostis sed formidabilissimus cunctis esset:Nā tāta mox ē barbaris gē
tibus nata de Italorū uirtute opīo:ut eos supra mortales ee arbitrarentur.
Quare expugnatis prīo aggressu oppidis qbusdā illisq; munitissimis & ī p
dā actis q; plurima ptī metu:partī uolūtariis aīs dedentibus sese oppidanis:
suā in ptātē uenire coegit:quæ sane & situ erāt & cæteris munitōibo captu
difficillima:& quæ cū magnis olī exercitibus ab francoꝝ regibo obsessa op
pugnataq; fuissent:in pristina tamē fide sp pmanserant.De his rebus Frāci
cus borbonēsis:q cū cæteris pīuratis:ut docuimus:regē īfestabat:crebris nū
ciis certior factus cœpit nō mediocriter suis rebus tīere:& iā de discessu ex
castris apertissime uerba facer:quo suorū saluti pspiceret.Quæ sane res &
burgūdioni molestiā attulit nō paruā:& regi ī tāta calamitate magno fuit
adiumēto.Nā & huic aīus meliore spe auctus ē:& hostibus diminutus.Cū
igr res huiusmōi o filio hostes distinere:tēpusq; cōsumer īstituisset:sinebat
aliquādo:ut leuis armaturæ eqtes & ii quidē admodū ppauci cū hostibus
pliarenē:q post paruulas dimicatiōes ī urbē reuertebanē.Quod certe erat
burgundioni sociisq; molestissimū:qppe q ardebant:ut collatis signis ireē
in pugnā breui futurū rati:ut de rege ipso & de regno uniuerso actū esset.
At Ludouicus cū iter spem metūq; fluctuaret:sibiq; maxīe a suoꝝ īfidiis ca
uendū eē ītelligeret:saniore tandē usus o filio:post mensē tertiū q; pugnari
cœptū est:circa kalēdas nouēbres cū burgūdiōe ex cōmuni utriusq; cōsilio
clā in colloquiū uenit:pacēq; certis cōdicionibus pepigit:factúq; ē deinde:
ut burgundionis ipsius opera cōiurati oēs regi recōciliarenē.Post hæc iter
regē burgundionēq;:ictis foederibus firmataq; pace:ī publicū cōuiuiū itū
est:ubi duces prīcipesq; regni:q iter accumbēdū affuere:Ludouicū regē p
more uenerati iureiurādo sese obstrinxere:ut posthac oī in eū maleficio at
q; iniuria abstinerēt:illi quoq; ueluti legitīo regi & domino parerēt.Quibo
cōfectis rebus:data est singulatim oībus abeūdi potestas:paulo; post ī suas
q; sedes cōcessere.Pacato per hūc modū regno sedataq; oī coniuratōe mē
se februario & anno a natali christiano sexagesimo sexto supra quadringē
tesimū ad millesimū Ludouicus trīs legatos misit ad Frāciscū Sphortiā ma
gnæ auctoritatis dignitatisq; uiros q ei corā gratias agerēt īmortales p tāto
& tā necessario tpre in se collato beneficio:cū sæpe diceret:tēpestiuo illius
auxilio nō mō totā Delphinatus regionē uniuersumq; lugdunēsem agr: q
iā in hostiū poene deuenerat ptātē:ab comite Galeacio inuictoq; eius exerci
tu sibi restitutū seruatúq; esse:sed pacē ēt æquis cōditionibus se cōsecutū.
Legati ex itinere ad Galeaciū primū deflexerūt:eadē exponēdi gr̄a:quæ pri
mi exposituri erāt:deīde Mediolanū ad Frāciscū cū pueniissent:& quæ rex
mādauerat:p̄sentes retulissent:tāto honore & humanitate ab munificētissi
mo principe excepti sūt:ut nihil aliud ī ore haber uiderenē:q; summā uni
us Frāciscī Sphortiæ beneficentiā atq; aī magnitudinē.Sed uixdū le

gati ad regē redeūtes alpes transierāt:cū insperata atq; repētina mors Franciscū ipsū in sūma rerū felicitate cū ab oībus q̄diutissime ēt uicturus speraret̄:occupauit.Nā qua superioribus ānis hydrope:ut docuimus piculosissime laborauerat:nō oīno liberatus:ita magnitudine prauorū humoꝝ atræq; bilis potissimū ptes superiores petentiū oppressus ē:ut intra biduū defecerit.Id medici euenisse iudicauerūt:q; quottidianis remediis & ɔsueta corporis purgatōe dies cōplures abstinuisset:qđq; singulare quoddā studiū ad pstringēdos hūores ī crura defluentes adhibuisset.Obiit āt ad yiii.Idus martias qntū & sexagesimū ætatis:ac sextū decimū Mediolanensis principatus agēs annū.At Blanca maria ut erat uirago nō minus prudens q̄ aīo supra ī geniū muliebre ī tā grauissimo casu nihil p̄termisit:qđ ad salutē uiri pti ner̄ arbitraret̄:Nā assidue ea oīa cū medicis excogitauit:curauitq; remedia quæ ad bonā ualitudinē uirū iā deficientē reuocarent.Sed cū aīaduerteret tandē eū paulatī extingui:ueluti q ab ea psæpe īterrogatus aut parū & anxie respōderet:aut nihil p̄nimio stomachi dolore:quo plurimū conficeret̄ nec oī usus conatu ī nimia Nausea uomitū posset facere:intelligeretq; non solū ex medicoꝝ iudicio sed ex ipsa ēt re de illius uita nullā oīno sibi spē relictā esse nō destitit in tāta aī ægritudine uel ipsas īter lachrymas ꝓpere ad Galeaciū filiū lr̄as dare:iā esse de patris uita desperatū:q̄primū ī patriā reditū maturaret:dein ī multā noctē senatū cogit:non nullis ciuibɔ accitis q inter Mediolanēses & auctoritate & opibus magis ualerēt:qbus exposita p̄senti calamitate:oēs est benigna & graui oratōe adhortata:ut rebus ita cōsulerēt:neqd posset aduersi accidere.Intelligebat.n.iure uerendū esse ī tanta populi multitudine:neqd tumultus in prīcipis obitu oriret̄. Et q; mirādum est:cū dolore ipsa usq; adeo cōficeret̄:ut mortuæ esset q̄ uiuæ similior:ea dicēdi grauitate ē usa:ut flentibus cæteris:ipsa sese a lachrymis & oī aī imbecilitate cōtineret. Sed īter hæc ubi Frāciscus naturæ deoq; cōcessit: rursus nuncios misit ad Galeaciū:eūq; de patris obitu edocuit:ut in patriā reuerteret̄:adhortatus.Præterea ad cætera ɔsilia quæ ad tuendū prīcipatū īcolumitatēq; suoꝝ ptinere uidebant̄:nō p̄termissit oēs Italicos potentatus de uiri obitu efficere certiores:hortariq;:atq; rogare:ut sibi ubi opus sit:auxilio forēt:& regē Ferdinādū ī primis atq; florētinos sibi fœdere iunctos:& eadē rōe Paulū secundū pontificem maximū:ac uenetos:ad quos ēt legatos misit uiros graues. Et quoniā Frāciscus nō tam uniuersæ nobilitati q̄ toti Mediolanēsi populo æque fuerat carus:& uelut numē quoddā colebat̄:magni flætus īmēsiq; ubiq; eiulatus ī urbe exaudiebant̄:mæror ingēs certe totā ciuitatē occuparat:cū oēs nō principē optimū:sed patrē:sed uitā ēt ipsā atq; animā amisisse uiderent̄:erantq; oēs in eius laudes effusi:uocesq; & clamores ferebāt̄:ī cælū.Placuit āt Blācæ ꝓ nimia sua ī uiꝝ pietate:ut biduū eius corpus domi seruaret̄ īsepultū:quo qdē tpe nunq̄ destitit ita mortuū aīo contēplari oculisq; sæpe aspicere:ac si uita frueret̄.Domus tota flætibɔ eiulatibusq; cōplebat̄: & si uocē ipsa ac lamētationē quoad poterat:reprīebat.Die āt tertio cū instituisset funus deferri in tēplū:qđ maximū & nobilissimū ī honorē beatissimæ uirginis Mediolāi dicatū est:q; diutius ꝑꝑ corruptionē seruari nō poterat:e curia priusq̄ efferret̄.rursus maximis fletibɔ eiulatibusq; ꝓpius facta illđ ī oculos totāq; faciē exosculari nō cessauit:medicis ac cunctis q aderant:prohibentibus:ne triduanū corpus quod iā oler̄ cœperat:attrectaret:Inter lachrymas uero ac singultus uix tandē Blanca abstracta:Frāciscus p̄tiosissimis uestimētis īsignibusq; ducalibus ornatus ac illo ense cinctus:quo in oībus uictoriis fortissime usus fuerat: sceptruq; dextera tenēs delatus est:ut diximus:ī ecclesiā:ubi in medio templi positus ad uesperam usque ante quam conderetur:relictus est cum maximo ciuitatis totius concursu & publico ac miserabili omnium flætu & eiulatu. Cum hactenus ea a Francisco sex & quadraginta annorum spatio gesta per commētarios rettulerimus: quæ fortunæ subesse imperio maxima ex parte uidentur:tametsi talis ille tantusq; fuit:ut omnem semper fortunā superauerit.

nō absurdū existimauimus:ea quoq; bona breui cōpendio attingere: quæ ei sunt corpori aīoq; tributa:q̄quā & ea de re ī operis p̄factione nō nihil te tigerimus. Fuit ꝓfecto Franciscus Sphortia mira quadā & egregia corporis forma:quippe qui cōmunis staturæ mediocritate superabat: & cū esset aptissima & decora membroꝝ pro portione:tū ea erat faciei dignitate:ac uultu adeo graui adeo uenerabili.atq; tāta maiestate cōspicuus:ut facile inter uirorū millia principē eū ac cæterorū imperatorē iudicasses. Robore autē & agilitate ab ipsa usq; adolescētia:ut neminē sibi parē offenderet. Quare & iaculādo & luctādo cursu quoq; & saltu nemo erat:q cū eo cōtendere auderet:Nā & ferreas sudes easq; īgētes grādiaq; saxa æque fere eminus iacebat:ac alii tragulas:& omnē corporis laborē q̄ æquissimo aīo ferebat. Nullis unq̄ hyemis frigoribus:nullis fractus æstatis feruoribus: quo minus nudo capite īter maximos ītolerabilesq; labores semp uersaret Omne armoꝝ onus nō pluris faciebat quā lacernā. Famis ac sitis patientissimus. Præterea nec uulnerū metu cōterrebat:nec dolore torpebat:quæ fortissime pugnando plærūq; nonnulla excepit. A nullo unq̄ malo odore:nec a fumo: nec ab pulueris magnitudine se auertebat. Nemo sane iuentus ē neq; in cibo neq; ī potu cōtinētior:q̄bus utebat minime delicatis:& ita parce atq; perpolite: ut ne uerecūdis ēt uirginibus cedere uideret. Vesci aūt solus cōsueuit nūq̄ uel perraro:idq; tū ob naturæ benignitatē:tū ēt ut uictus suus lateret neminē. Inter edendū quo ēt tp̄re q̄plurimi ad eū & frequētissimi admittebātur:quæ uellet cuiq; seu palam seu ad aurē exponere licebat: cōtrouersias quoq; ac pdifficiles & nō tā militares quā ciuiles æquo aīo audiebat: graui q; iudicio aut ipse dirimebat:aut dirimēdas mandabat. Somno īsup erat paucissimo:quē tamē aut ꝓpter corporis laborē aut ꝓpter ullā animi sollicitudinē ne ī maximis qdē clamoribus ut strepitu amittebat unquā:q̄n potius cū ī eius sæpe tētoriis aut tabernaculis:ut fit:militiæ q̄maximi strepitus fierēt:aut ꝓpe exaudirētur:uel militaribus carminibꝰ uel tubarū tibiarumue uel tympanorū sonis aut equorū hynnitu militaribusq; clamoribꝰ tū ille altiori uidebatur teneri somno. Nec modo ferebat æquo aīo quæ fierent:sed lætabat. Fuit aīo usq; adeo infracto atq; incōcusso: ut oī maxime uideretur carere formidine. Quod siqs clamor hostilis aut die aut nocte repente oriebatur in castris:ipse oīum primus erat ī armis:ac cursim coraq; ad tumultū se cōferebat. In oībus gerēdis rebus securus fuit celer prudēs & strenuus. In bello ad cognoscēdos nō mō hostiū motus sed sermones ēt cōsilia cogitationesq; eā semp curā adhibuit:ut nihil fere eū latuerit:qđ illi tē tarūt essent. In ducēdo & alēdo exercitu:acie īstruēda:p̄lio cōmittēdo tāta peritia ꝓspiciētia & aī fortitudine p̄stabat:ut hostiū ēt ipꝰ testimonio cōstaret:eū posse p̄lio nunq̄ supari. Ea aūt utebatur īgenii acrimonia ea gravitate prudētia atq; cōsilio:ut nihil neq; ī bellicis neq; ī urbanis rebus iniret unquā:qđ minus fuisset q̄ diligētissime antea meditatus:oēmq; ꝓspexisset euentū:& qđ decreuerat:īnata quadā aī magnitudine & īcredibili celeritate cōficiebat. Mirū dictu ē:quā abstineret illecebris humanisq; uoluptatibꝰ atq; cupiditatibus. Et qđ rarissimū ī aliis iueniās:cū neq; in rebus aduersis siqua iniqtate fortunæ acciderāt:deprimebat aīo:ita ne ī secūdis qdē efferebat:q̄n potius sicuti ī aduersis nō frāgebat:ita ēt ī ꝓspa fortūa modestissimus semp fuit:& alios ab oī cōtumelia iuriaq; cōtinebat:& ne id qdem mirū:cū oībus de se p̄staret exēplū. q cū maxīe uinceret:ultione nō utebat Præterea tāto fuit īgenii acumine & ꝓspiciētia:ut cœptaꝝ rerꝝ euētū q in bello dubius ē:ferme semp puiderit:& eas sæpissime victorias quas multas & maximas cōsecutus ē:multo ante p̄sagierit:quā euenerit. Quata fuerit ī eo uiro īdustriæ uis atq; cōsilii ad iuenīēda ī difficultatibus remedia: eaq; oīa puidēda ac parāda:q̄bus ab oī se atq; suos discrimine liberaret ac tuere:nisi id lateret neminē. īcredibile uideret. Quāta uero liberalitate excelluerit:ne facile quidē dictu ē:nemo certe illo benignior:nemo beneficētior nemo liberalior unquā fuit. cū omni ī re tum uel maxime in munificētia

rei pecuniariæ. Qua re cū alii multi. tum uel in primis Cosmus Medices eū sæpe lris núciisq; esset adhortatus: ut pecuniis parceret neq; earū tanta ure retur largitione. Fieri. n posse: ut si minus sibi. liberis tamē suis aliquando pecunia opus esset: ita respōdebat se Cosmo medici q̄ maximas agere gras. Scire. n. se: eū loqui ex optimo ac beniuolētissimo erga se aīo: sed itelligeret sui animi sentētiā: nihil oīno apud se intereſſe: morine mallet uel auariciæ accusari. An se idcirco tātū adeptū esse principatū existimari uelle: ut pecu nias potius cōgereret: quā iis: ut par esset: liberalissime uteref ī cæteros? Sa tis sibi ab īmortali deo uel supra optata datū: qđ liberi si probi fuerint. pe cunia nō egebunt: sin secus: qđ omen Deus auerteret: nullā ꝓfecto pecuniā uel q̄ maximā satis esse futurā. Mercatore se fuisse nunq̄: neq; existimari in reliquū tēpus uelle. Nā hactenus nihil sibi utilius fuerat: quā pecunias oēs quas ex re bellica maximas cōsecutus erat: in eos distribuere semp: qui se p buissent sua militia atq; munificentia dignos. Quibus q̄dem artibus conti nuerat semp firmissimos fidelissimosq; exercitus: quoꝝ opera & labore ꝓ diuina benignitate hoc erat īperii assecutus. Nunc aūt pecuniis pcere: æque se ducturū atq; fœnerari. Cæterū erat Fráciscus ipsa natura humanissimus clæmeutissimusq; q si allquádo aliorū culpa excanduisset: moderabaf illi co uim oēm atq; iracúdiæ īpetū: & si aut re aut uerbo in quéquā se uæhe mentiore pstitisse putasset: tū illum ét tacentē beneficiis prosequebaf: quo sibi maiore beniuolētia atq; obseruátia deuinctū redderet. Extorres patria miseros peregrinos & uiatores bonis plærūq; spoliatos: q ad eū plurimi cō fugiebát: cōmeabátq;. ita humaniter liberaliterq; excipiebat: ut nemo ab eo uacuus tristisq; discederet. Aegrotos oī tpre aut ipse corā aut per medicos aut ꝓ alios uisitabat: pecuniaq; iuuabat. Sauciis pcipue largiter subuenire ī castris cōsueuit. Misericordiæ operibus: quas elemosynas uocant: ꝓmptissi me liberalissimeq; indulgebat: eiusq; rei tépla diuina plurima religiosissi miq; conuétus locuplex perhibent testimoniū. Viros sapientes ac probos mi rifice diligebat: honorabatq;. Improbos aūt plurimū oderat: & ut in homi nes simplices & aptos nullas inimicicias exercebat: ita uersutos duplices oc cultiq; ingenii & assentatores ī primis sūmo odio īsequebaf. Fide eius ni hil certius erat: ut q̄q̄d ꝓmississet: inuiolatæ pstaret. Honoris atq; nominis sui ratione habebat singulare: & ob eā rē sæpissime pcunctabaf: quæ de se diceréf: ut uel redderet rationē eorū quæ aut faceret: aut diceret: aut opam daret nequa infamiæ labecula de se circúferref. Vir sane fuit æqui rectiq; amātissimus: ac pietatis & religionis obseruátissimus. Quare ī eos oēs qui a fide christiana uidebantur abhorrere: præsertim redēptoris nri & glorioſæ uirginis matris mariæ contemptores ac maledicos acerrime aīaduertebat. Ab omni etiam superstitiōe erat unus omnium alienus. Mathematicos nō multi faciebat: quippe qui non uana sæpe Astrologorum iudicia sed rōne ipsam ducē sequeretur. Quid demū de eius diuina naturaliq; facúdia dicā Qui æ & sententiaꝝ grauitate & uerborum quantum uernaculo sermōe ex primi queat: elegentia & dignitate adeo mirabilis in eo fuit. ut ex concio nantis ore pendentes cunctos aspiceres. uti de Nestore scriptores tradunt. Quid multis Si uirtutes illius omnes uelimus singillatim recensere: longa profecto nimis erit oratio: sed illud certe ausim affirmare: post. Gaiū. Iu lium Cæsarem neminem fere habuisse Italiam reperies: quem iure possis cū uno Fráciſco Sphortia conferre: qui quidem cum uicisset semper & uictus fuisset nunq̄ ita dié obiit: ut oībus de se nō minus desyderiū quam flætum relinqueret. Cæteꝝ Galeacius ubi ex matris Blácæ lris de desperata patris salute cognouit: re cū amicis cōmunicata: cēsuit oībus posthabitis rebus q̄ primū ī patrias sedes redeūdū. Iusserat. n. paulo ante Fraciscus: ut ad Ludo uicū rege & salutādi eius & Bonæ sabbaudiaæ uirginis regiæ sororis ī ma trimoniū accipiēdæ gratia ꝓficisceref: & ob id ad ꝓfectionē se iam para uerat. Sed demādata Iohāni palauicino exercitus cura: q erat p Delphinates in hybernis distributus & Petrofrancisco uicecomite legato ad regē missō

qui eũ de Frãciſci patris caſu ẽ doceret: mercatorẽ quendã Mediolanenſem Lugduni agẽte ſibi itineris ducẽ ſumit: ac ppaucis ex domeſticis ſecũ ſumptis: mutatis ueſtibus: ĩ Italiã redire cõtẽdit: q cũ magnis diurnis nocturniſq; itineribus ſupatis alpibus: die tertio Noualitiũ pueniſſet: qđ ẽ oppidũ ad montis radices undiq; ab ĩcondita agreſtiũ turba unũ Galeaciũ peteti quæ iuſſa eo paulo ante cõuenerat: magnis clamoribus incautus circũuenit: ipſe ab comitibus derelictus arte ex irruẽtiũ ĩpetu elapſus p inuia pruptaq; ſaxa ꝓceps ĩ proximũ ſacellũ ſe recepit: ubi cõfeſtim ab multitudine circũſeſſus biduũ fere ĩter ſpem metũq; anxius fuit. Sed Antonii romaniani iurecõſulti magna in Taurinẽſibus auctoritate uiri: q fuerat Frãciſco duci deditiſſimus: & gentiliũ ſuorũ ope & opa clanculũ ex eo loco occidẽte iam ſole ĩ cognita ueſte ſeſe ab obſidentiũ manibus eripuit ac p noctẽ tutũ in locum pductus. Poſtridie eius diei ĩ Nouariẽſem agrũ nullo ĩtermiſſo tp̃re multis Taurinẽſibus Mediolanẽſibusq; ſimul: q ei obuiã ierãt: comitãtibus: ſe contulit incolumẽ. Ignorabat. n. utrũ ſabbaudini principis iuſſu uel ne illi per eius fines tr̃ãſeũti cõtra pacis fœdera fidẽq; publicã tã grauis tãq; inſignis illata eſſet iniuria: cũ duo tãtõmodo Auguſtinus lignanẽſis abbas & lohannes albenus facinoris eius auctores fuiſſe inſimularẽt: q cũ paucis ante diebus miſſi ad Frãciſcũ legati fuiſſent: reuerſiq; ad Amideũ ducẽ: q ob comitialẽ morbũ quo ꝓpemodum laborabat: non regebat: ſed regebaẽ: & uelut amens furẽſq; interdũ cuſtodiebaẽ. facti eſſent de Frãciſci repẽtina morte certiores: temerario auſu Galeaciũ ipſum p alpes ĩſecuti: eũ cõpræhẽdi in itinere iuſſerãt: futurũ exiſtimãtes: ut oĩa Mediolani ob principis mortem miſceréẽt: eoq; retẽto: magnũ eſſent ĩde emolumẽtũ cõſecuturi. Galeacius igiẽ ĩ paternas ſedes reuerſus: a Nouariẽſibus primũ ciuibus ĩ nouũ eorum principẽ & patris ĩ ducatu ſucceſſorẽ magno plauſu receptus ẽ. Deinde ad .xiii. kal. Apriles Mediolanũ: ut erat a Blãca matre cõſtitutũ: ꝓfectus: ab cũctis ſũmo honore atq; lætitia ſuſceptus & ĩ ducatus dignitatẽ ſecũdo & uigeſimo ætatis ãno aſſũptus ẽ. cœpitq; pacatiſſimũ ubiq; paternũ pr̃icipatũ ĩ genti aĩo atq; prudẽtia adminiſtrare. Interim platis q̃celerrime uniuerſam p Italiã de Frãciſci morte nũciis: uenerũt Mediolanũ cõplures ad eũ principes ac principũ ciuitatũq; legati: ut tũ ueteris amiciciæ: tum ſocietatis iure uno atq; eodẽ tp̃re & paternæ mortis dolendæ & de ſuſcepto tãti principatus gubernaculo gratulãdi munus ꝓſoluerẽt: & ſtabiliẽdi quoq; tutandiq; regni eius: ſi oporteret. cauſam ſuſciperẽt. Aduenit uelut ꝓpinquior oĩum primus Guilielmus Montisferrati Marchio: q lohãni fratri ſucceſſerat. Paulo deinde poſt Hercules æſtenſis a Borſio fratre miſſus. Alexãder deinceps Sphortia & Fredericus urbinatũ comes. Venerũt duo p̃terea florentini legati ex ciuitatis primariis Bernardus iunius & Aloyſius guiciardinus: q præ nimio dolore: & Frãciſci deſyderio cũ legationẽ ĩ publica concione exponerẽt: nõ potuerũt ſe ab multis lachrymis cõtinere. Miſit & Paulus romanus pontifex legatũ Miſerũt ſenẽſes. Bononiẽſes atq; lucenſes. Poſtremo uelut oĩum longiore interuallo remotiſſimus miſit legatũ ſuũ Ludouicus fracorum rex Ferdinãdus aũt cũ Mediolani apud Frãciſcũ legatos aſſidue habebat: miſit mox genuã cũ claſſe & peditatu Turcũ cicinellũ legatũ q & ad cõfirmandos ciuiũ aĩos in fideq; cõtinẽdos & ad pellẽdos hoſtes ſiqui eam regionem inuaderent: auxilio foret. Soli ueneti eo tempore ĩ Italia huiuſmodi legationis mittendæ officio abſtinuere: Quæ res nõ paruam Galeacio reliquiſque Italiæ potentatibus nouandarum rerum ſuſpicionem iniecerũt.

Laus Deo & Virginis Mariæ.

Ils Cõmentariis Ab Primo Alphonsi In Italiam Aduentu Et Ab Quarto Et Vigesimo Supra Quadringentesimum Et Millesimum Anno A Natali Christiano ad Sextum & Sexagesimum Vsque Annum Non Diui Francisci Sphortiæ Solum Sed Omnium Italicorum Populorum Regum & Rerum Publicarum Facta Domi Forisque Continentur: Tanta Fide & Religione Litteris Prodita Vt Nihil Gratiæ atq; adulationi Datum Esse Constet. Quæ Eo Certiora Habenda Sunt: Quod Qui Scripsit Rebus Fere Omnibꝫ Interfuit: Ea Nunc Regnante Iohanne Galeacio. VI. Mediolani Duce auspiciis & Iussu Illustrissimi Ludouici Sphortiæ.

Antonius Zarottus Impressit Mediolani Nono kalendas Octobres M.cccclxxxvi.

Franciscus Philelfus Iohanni Simonetæ Ducali Secretario Salutem Dicit Plurimam.

LEgi & perlibenter Quidem Iohannes Simoneta eos commẽtarios quibus uitam & res gestas illius fortissimi uiri & inclyti Mediolanensium ducis Francisci Sphortiæ ornatissima oratione complexus cum apud homines nostri seculi nõ paruam admirationem: tum apud posteros maximam tibi laudem peperisti. Quis enim non miretur potuisse te in tantis occupationibus tuis res tantas tamq; uarias persequi tanto cũ ordine & prudentia: Iure igitur laudaberis semper. nomeq; tuum nulla hominum memoria ignorabit: Nam ipse qđ ad me attinet: sum idcirco tuis scriptis magis delectatus: quod Sphortianæ laudi & gloriæ ita faueo: ut nihil malim quam de uno Frãcisco Sphortia semper aliquid dignum memoratu & lectitare & audire. Itaque tibi mi Iohannes gratias ago immortalis: quod tuos istos disertissimos commentarios uideri a me uolueris: quorum lectione ita sum delectatus ut uix aliud quicquam hoc tempore iucundius mihi contingere potuerit. Vale Mediolani ex ædibus nostris sexto Idus Iunias. M. cccclxxxviii.